

Ine.  
376

B, 5, 21

Page 101

Harro  
4 249 55

De censura.

Solennis & admodum practicable tra-  
ctatus de ecclesiastico interdico siue  
diuinorum: editus per profundissimum  
iuris vtriusque doctorem. d. Joannem  
Calderini bononiensem qui floruit  
temporibus Joannis Andree iuris  
canonici veri illuminatoris: eiusdem  
que precipuus fuit discipulus circa an-  
nos domini. MD. CCC. xxxiiij.

### Vāuis du

bia ptra circa ma-  
teriam ecclesiasti-  
ci interdicti poti-  
us papalem deter-  
minationem qua  
magistralē solutio-  
ne exposcat: dominorum tñ & sociorum  
meorum scholarium quibus astringor vin-  
culo caritatis postulantiū vt ea que de  
ecclesiastico interdico verbo frequen-  
ter disserui notarem: desiderium imple-  
re curavi determinatione ecclesie semp  
salua. xix. di. c. j. i. pñ. Tractatur igit  
de ecclesiastico interdico siue diuinorum:  
primo est videndum quid nominis.  
Secundo de ipsius speciebus. Tertio de  
quo valet pro vulgari. Quarto qualif  
& ex qua causa proferatur. Quinto con-  
tra que. Sexto de ipsius effectu. Septi-  
mo qualiter tollatur. Et i hijs mebris  
inferaz dubia occurrentia prout illis vi-  
dent adaptari. Ad primū dico qd & si-  
aliter accipiatur nomē interdicti cū de  
civilibus interdictis siue actionibus  
que pro illis exercentur, est sermo vt  
patet. ff. de interdictis. & de  
cā posses. & proprie. pastoralis. de resti-  
spo. Itē cū quis. & c. cū ad sedē cum si.  
Tame hic nomē interdicti prohibitio-  
nem significat qd proprie alludit voca-  
bulo. vt isti. de interdictis. §. sunt tamē  
de offi. archi. significasti & expressum ē  
de sen. excō. cum illorum. ibi quibus est  
absolutio talium interdicta & maiora in-  
telligantur illis prohibita &c. Unde ru-  
brica de matrimonio contracto contra  
interdictum ecclesie idem importat: sic  
si diceret prohibitionē vt est expressus  
in tribus decisi. eiusdem tituli. Idē enī  
significant & sunt sinonima interdictus  
& prohibitio. ff. de interdic. & relega. l.  
relegatorum. §. dubitatu. & §. seq. Per  
ecclesiasticum aut vel p diuina etiam sa-  
cramenta largo sumpto vocabulo com-  
prehenduntur de sponsa. nō est uobis &  
infra declarabitur. Est autē interdico  
ecclesiasticū diuinorum suspensio, eccle-

siastice censure, a diuinis officijs & eccle-  
siasticis sacramētis actiue & passiue. In  
qua descriptione suspensio ponit loco  
generis: qd per interdictus ecclesiasticū  
inducitur suspensio siue prohibitio vt  
iam dixi. Sed multe sunt alie suspensio-  
nes vel phibitiones. xxxij. di. interdi-  
xit de electio. qd propter. §. illud autem  
penitus interdico de offi. archi. mā-  
damus & c. significasti & ne de. vel mo.  
c. j. li. vj. qd vtunt verbo interdico simi-  
li modo verbo prohibitionis. l. liiij. lx.  
di. quasi p totū ne de. vel mo. clericis  
& c. sniam de censi. prohibemus. e. ti. fe-  
licis & c. se. li. vj. de hereticis vt iquisi-  
tionis. §. prohibemus & de religi. do. c.  
vno. Fac de consangu. & affi. nō dz. cū  
infinitis similibus. Quod dixi videt  
notare rubrica de cleri. excōmunicato  
deposito uel interdico ministrante nō  
n. dixit de suspesio qd excōmunicatus ē  
positus uel interdictus sunt suspensi  
sed non conuertitur. Itē secundū grā-  
maticos prepositio, inter, est mediatiua  
uel suspētiua temporis ordinis uel ali-  
cuius actus. Unde aliqua potentia sus-  
pendit actu que retinetur habitu. xv.  
q. vj. c. penul. & vlti. de rescrip. pastora-  
lis in fi. de conce. preben. qd diuersita-  
tem. C. de cura. furi. l. penul. cū similibus  
qd recte inducet per interdictum ut pa-  
tebit. j. maxime in. vj. membro interdi-  
ctum ergo bene dicit suspensio. Se-  
quitur in descriptione censure ecclesie  
stice qd appellatione censure ecclesiasti-  
ce cōtinetur interdictum excōicatio &  
suspensio de verbo. signi. querenti. Ex  
quo sequit qd hec tria sunt diuerse spe-  
cies. Non obstat qd dixi qd interdi-  
ctus est suspensus sicut excōicatus uel ē  
positus. quia suspensio sumitur dupli-  
citer. s. vt genus & tunc predicatur de  
predictis interdū vt species sub dicto  
genere cōtenta & tunc predicta tria sūt  
species inter se differentes vt in. c. que-  
renti simile qd scripsi de manifesto & no-  
ro. de coha. de. & muli. vñ. Quod autē  
predicta tria sunt diuersa probatur etiā  
de elec. transmissā de appel. preterea. ij.  
de reli. domi. cum dilectus de cleri. ex-  
cō. latores de exce. pla. c. j. li. vj. & quod  
me. cā. c. vno de app. romana. §. penul.  
de vsuris vsuraz. & d. priui. c. j. §. i. eos  
d. sen. ex. c. j. §. h. eadē. & c. romana i. pñ.  
In hijs iuribus de predictis tribus &  
diuisim sit mētio specialis. Alibi excō-  
municatio & interdictum ponuntur vt  
diuersa de ap. qua fronte & c. ad hec qm  
de preben. in lateranen. de priui. cum &

Definitio

plātare .i.c. ex pre. j. .i.c. qm̄ p p̄fessionē  
 .i.c. vt privilegia .i.c. q non nullis .i.c.  
 quāto de pe. .i. re. q in te. de sen. excō. p  
 mittimus de ver. signi. cum i partibus  
 .i.c. cum ex parte .i.c. cum olim. li. vj. de  
 censi. quāquā de priui. ne aliqui .i.c. epi  
 scopozū de iniur. .i. damno dato. c. vno  
 de penitētijs. c. vno de sen. excō. alma.  
 §. adicimus de verbo. signi. c. j. in pri.  
 .i. §. j. .i. in. clemen. de cēsi. presenti de pe  
 nis siquis suadente d̄ sen. excō. grauis.  
 Alibi suspensio .i. interdictū de offi. or.  
 graue de offi. dele. c. ij. li. vj. de sen. ex  
 cō. quam periculosum .i. c. statutū. eo. li.  
 De excōmunicatiōe vero .i. suspēsiōe  
 vt sunt diuerse species exprimitur de  
 do. .i. contu. veritatis in fine. de appel.  
 reprehensibilis in prin. de vsuris prete  
 rea de priui. ex tuarū .i. in clemen. de he  
 reticis multozū ad finem. Licet autē ex  
 predictis iuribus multas cōueniētiās  
 .i. differentias inter predicta tria possit  
 discernere curiosus i dagator. Nō ob  
 mitto q nō. Dosti. de sen. excō. cuz me  
 dicinalis li. vj. q̄ predicta tria pueniūt.

Primo qz omnia cōprehendunt sub  
 nomine censure de verbo. signi. queren  
 ti. .i. qz precedēs appellatio d̄fēdit ap  
 pellantē de appel. ad bec qm̄ .i. c. prete  
 rea. ij. .i. c. dilect. sequēs nō de appella  
 pastoralis. ij. r̄iso de senten. excom. ff.  
 cui in fine li. vj. Tertio qz i omnibus  
 predictis prohibet celebratio diuinorū  
 ij. q. iij. sigs epus i p̄cilio d̄ cle. ex. c. ij.  
 .i. ij. .i. c. pastoralis cuz sumi. Quarto  
 qz in omnibus precedere d̄z monitio  
 .i. seruari forma decretalium de ap. repre  
 hensibilis de sen. ex. sacro. .i. eo. ti. cum  
 medicinalis. li. vj. Quinto qz i hijs p̄  
 cedere debet iuramentum cuz absolu  
 tur .i. potest in eis fieri absolutio ad cau  
 telam vt est casus faciendi de sen. excō.  
 venerabili. saluo q̄ habetur. e. ti. presen  
 ti. li. vj. .i. j. dicef. Sexto qz huiusmodi  
 di sentētie debēt seruari per superiores  
 de offi. ordi. cū ab ecclesiariū. Septio  
 qz hijs durantibus non pōt quis eligi  
 vel testificari de consue. cum dilectus  
 de elec. cuz iter. r. .i. de testi. veniens. ij.  
 in fine de except. apostolice. Octauo  
 qz superior non debet aliquis de ipsis  
 disponere partibus non vocatis vt de  
 appel. romana. §. penul. de sen. excō. in  
 prin. Nono. qz recepti in speciales fi  
 lios sedis apostolice ab inferiorib⁹ nul  
 la istarum sententiarum possunt ligari  
 de verbo. signi. c. j. li. vj. Differunt  
 autem ista tria primo in participatione  
 que cum suspēsiō uel interdicto esse pōt

ff. de penis. l. moris. ff. de seruīs expo.  
 l. cui pacto de priui. episcopo: uz li. vj.  
 cum similibus supra allegatis. Sed cū  
 excōicatio nō. ij. q. iij. cū excōicatio .i. c.  
 precede. .i. sequētibus de sen. excō. nulli  
 .i. c. cū desideres cum concoz. Item  
 singularis persona proprie suspenditur  
 non interdicitur nisi iproprie de spon.  
 non est vobis. licet in penam personaz  
 delinquentium feratur interdictū etiā  
 contra non delinquentes de postu. c. j.  
 de iure iur. ex rescripto i auc. de mā. pri.  
 §. oportet colla. ij. Pro hac differētia  
 facit in argumētū de offi. delega. p. .i. g.  
 .i. de priui. petistis .i. c. qm̄. Tamen bec  
 omnio non placent. Interdicitur. n.  
 singularis persona de offi. dele. ex litte  
 ris prout interdictum distinguitur a su  
 spensione ut probatur de priui. cum ca  
 pella. .i. eo. ti. c. j. §. in eos. li. vj. Itēz  
 interdicitur laicus quādoqz qui pprie  
 non suspenditur prout suspensio est spe  
 cies distincta in decre. querenti. vnde  
 de hoc dicam in mēbro sequēti. Ter  
 tio effectus sentētie excōis late nō po  
 test suspendi sed effectus aliarum sic de  
 hoc dicaz infra in vltimo mēbro. Ad  
 predictas differentias addit dominus  
 .i. pater meus quartam qz episcopi non  
 incurrunt aliquam suspēsiōis vel iter  
 dicti sentētiā prolataz ab homine vel  
 a iure nisi specificē exprimat̄ de sen.  
 excō. qz periculosus li. vj. Quod priu<sup>m</sup>  
 non habent quātū ad excōicationē fac  
 predicta dec. nulli. Quarto qz interdi  
 ctum generale loci non pōt ad cautelas  
 relaxari de sen. excō. presenti. li. vj. Sz i  
 excōicatione vel suspēsiōe bene pōt  
 fieri absolutio ad cautelam .i. sic intelli  
 ge q̄ supra dixi. Pōt dari alia differē  
 tia qz interdictum generale in locum p̄  
 ferri non pōt sine speciali pape licentia  
 pro pecuniario debito vt in extraua  
 ganti bonifacij. prouide attendentes.  
 sed excōicatio siue suspensio bene vt d̄  
 appel. prete rea. ij. Sequitur i descri  
 ptione a diuinis officijs .i. ecclesiasti  
 cis sacramētis q̄ infra satis declarabit̄  
 actiue. i. a celebratione diuinorū .i. col  
 latione sacramētōrū de sen. excō. alma.  
 §. j. li. vj. passiue. i. auditione vel partici  
 patione predicto: um de sentē. excō. li  
 sentētia. li. vj. Audio tñ fm̄ quosdam  
 phisicos actionē .i. passionē diuerso re  
 spectu posse adaptari: de quo non est cu  
 randum in proposito. Hanc theoriaz  
 inuestigare curam in hoc primo mēbro  
 existimans qz per ea facilius sequentiū  
 veritas apparebit. De secūdo die qz  
 species

*De hinc p̄ta iugibus d̄venerit  
 excōicatio suspensio & interdictū*

*hoc q̄ ad suspensio: iurē  
 illic p̄t nō. j. c. i. d̄ excō.  
 p̄tētia. ex.*

*nō qz absolūtiō. a d̄  
 suspensio: debet iurare*

*nō. d̄. qz p̄t  
 illic p̄t nō. j. c. i. d̄ excō.  
 p̄tētia. ex.*

*De p̄s. fctm̄*

Interdictum ecclesiasticum et dicitur

Species interdicti ecclesiastici siue diuini  
 nouis dupliciter pnt sumi. Uno modo  
 respectu patietis. Alio modo respectu  
 modi in prolatione seruati. Secudu  
 primu moduz ipsius due sunt species.  
 Interdum. n. promulgatur in persona:  
 Interdum in locum de sent. excō. si sen  
 tētia li. vj. Ad idē iura plura que supra  
 mēbro primo allegauit. In personaz  
 promulgatur quāqz sub nomine pprio  
 vel circūlocutionibus que hnt vim p  
 prii nominis de appella. preterea. ij. de  
 priui. cum 7 plantare de appel. romana:  
 S. penult. li. vj. 7 i cle. de sepul. eos qui.  
 Quādoqz promulgatur interdictuz  
 sub nomie appellatiuo populi cōmunis  
 vel vniuersitatis. vt i dec. si snia. S. vl.  
 7 de iniur. 7 dā. da. 7 si pignorationes  
 li. vj. Circa qd dubitant quidā an i  
 terdicto cōi vel vniuersitate vel popu  
 lo: omnes de vniuersitate intelligantur  
 interdicti nominatim. ita qz hēant lo  
 cum iura loquentia de nominatim iter  
 dictis: Videtur dicere Inno. de pbē.  
 in lateranensi. quod sic. Dicit. n. nomi  
 natim interdictos de quibus certū est  
 qz sunt interdicti. sed de predictis om  
 nibus est certum vt in predicta dec. si  
 sententia. Sed dices secudu h non vi  
 detur differentia inter nominatim 7 nō  
 nominatim interdictos dummodo sunt  
 de populo interdicto. qd videtur absur  
 dum maxime i penalibus vt in casu cle  
 men. eos de sepul. que tñ pene propter  
 ipsarum odiaz sunt restringēde de reg.  
 iur. odia. li. vj. 7 c. i penis. cum 7 cor. e.  
 li. Et ideo dixerunt quidā qz Inno. in  
 tellexit de hijs quoz culpa odio dolo  
 fraude lata est sententia interdicti. 7 de  
 hijs qui in hoc prebuerunt piliuz 7 fa  
 uorem ar. de sen. excō. c. vlti. S. illis etiā  
 li. vj. licet equitatē habeat h dictū. ta  
 mē qz pena interdicti puniuntur qui nō  
 peccauerunt de spon. nō est vobis cum  
 li. 7 qz pene cēsure fauorabiles sunt ani  
 me: dummodo nō cōtēnatur. 7 ideo. h res  
 spectu late interpretant. de sen. excō. si  
 que. eo. ti. si ciuitas. li. vj. maxime i du  
 bio de cle. excō. mini. illud. Puto di  
 ctū Inno. esse verū post denunciationē  
 sententie publice factam qz ad omnes  
 quos certum est esse de populo interdi  
 cto. interuenientibus talibus circūstā  
 tijs manifestis intelligantur nominati  
 interdicti. vt sic huiusmodi indubita  
 biles circūstātie hēant vicē proprii no  
 minis. de testi. lz ex quadam de consan.  
 7 affi. tua nos. ff. si cer. pe. l. certum. isti.  
 de exhere. liber. S. nominatiz 7 qd legif

qz dicantur nominatim  
 interdicti. et pōnd  
 2a qz sumat. q.  
 qndō mandant nō  
 vniuersitatis vel  
 pprio. S. p. si tñ  
 lonis. nā tñ non  
 dicitur hōis dolo  
 noxiū p. dicit  
 et ita ex p. se hōis  
 dō. Inno. hōis p. la  
 tū ab. ibi. vj. qz  
 c. hōis dicitur  
 d. p. ben. i. si. p. b. c.



li. dicitur  
 nō p. dicitur  
 p. b. c.

7 notatur de sen. excō. p. stitutiōe. li. vj.  
 Promulgatur autē interdictū i lo  
 cum dupliciter. Uno modo generaliter  
 s. cum regnū: prouincia: ciuitas: castrū  
 vel villa supponitur ecclesiastico inter  
 dicto de verbo. signi. cum i partibus  
 plue. cū inter. de priui. petistis. de elec.  
 vbi periculū. S. vlti. li. vj. 7 i cle. si quis  
 suadete de penis. S. ciuitas. S3 quid  
 si in loco iterdicto est vna sola ecclesia  
 vel nulla. nunquid dicitur generale in  
 terdictum: dic quod sic qz etiam extra  
 ecclesia pōt celebrari solēnter s3 illud  
 nō debet fieri sine cā de p. se. di. j. cōce  
 dimus 7 c. vnicuiqz 7 duobus. c. sequē  
 tibus. Nō est ergo attēdēdus ecclesia  
 rum numerus vel dato qz in loco nulla  
 sit ecclesia nō debent inspicī. licet autē  
 vnus sit locus pura ciuitas vel castrū  
 7 qd bene tñ includit plura loca singu  
 laria in quibus pōt celebrari. et ideo in  
 dictis casibus censet generale interdi  
 ctum. Alio modo interdictū promul  
 gatur specialit i locū pura in aliquā ec  
 clesia 7 h dupliciter. Interdum. n. a iur  
 proponit iniuriosum sanguinē effusuz i  
 ea vel si p. effusionē humani seminis sit  
 polluta tñc enim est specialit iterdicta.  
 ita qz ante reconciliationē nō debent i  
 ea diuina officia celebrari. de conse. di.  
 j. si motū 7 c. ecclesijs de conse. ecc. vel  
 alta. p. p. o. l. i. 7 c. vlt. e. ti. c. vnicō. li.  
 vj. Si tñ cōtrafacit celebrās lz peccet  
 nō est irregularis d sen. ex. is. qui. j. rñ  
 soli. vj. Sic propter discordiam patro  
 norum episcopus claudit hostia eccle  
 sie tollit ide reliquias 7 precipit vt nul  
 lus in ea aliquo modo sacruz misteruz  
 celebret donec ad cōcordiā redeant de  
 iure patro. c. j. 7 ij. S3 an celebrās cō  
 tra preceptū predictū in tali ecclesia ē  
 irregularis: Inno. de excel. prela. tanta  
 in glo. hic videt. ad finē. 7 Guil. in spe.  
 de lega. S. iuxta propositionis. v. illud  
 queritur: dicit qz nōlqz h nō est expres  
 sum i iure. hoc bene probatur in dicta  
 dec. is q. Dicunt tñ predicti qz si pro  
 ferens sentētiā dixit interdicto talem  
 ecclesiā: celebrans in ea irregularitatē  
 incurrit. Quod dicit predicti doc. vi  
 dent referre ad casum predictarū deci.  
 hoc ē quomodo propter discordiā pa  
 tronorum episcopus iterdiceret ecclesi  
 am per verbū iterdicto vel iterdicimus  
 vnde ipsi premiserāt qz interdictū nō  
 mē ē iuris. 7 plus iporat quam nomi  
 nis proprietas sonet. Sunt 7 alij ca  
 sus in quibus de iure celebrari non de  
 bet. Puta si ecclesia fuit simoniatice

no qd dicit generale Inno

o probat

No hoc dicit qz vnde dicitur  
 et qz op. ad p. dicitur. c. p. d. p. qz

cōsecrata. j. q. lxxx. ecclesia. Itē si prin-  
 cipaliter pro questu nō pro diuino cul-  
 tu fuit cōsecrata de cōse. di. j. si quis ba-  
 silicam. Itē si ecclesia cōstructa ē si-  
 ne licētia epi diocesani de cōse. di. j. pre-  
 cepta. xvi. q. v. latoz. Itē si sine reli-  
 quijs vel in loco deserto nūqz habita-  
 to fuit dedicata de conse. di. j. placuit.  
 Sz nūquid hijs quinqz casibus dz  
 dici idē q dixi i precedentibus: dic q  
 sic. f. q licet in predictis casibus in tali  
 ecclesia de iure non debeant celebrari.  
 tamē celebrantes non sunt irregulares  
 qz nō ē exprellum in iure. ut i predicta  
 dec. is qui. j. m̄so. puto etiā. q si ppter  
 aliquā causam de predictis episcopus  
 specialit̄ ecclia interdixit. q postea cele-  
 brans in ea est irregularis p id q supra  
 dixi post Inno. 7 Guil. facit de priui-  
 tuarū. 7 q ibi notatur in glo. ij. Sed  
 hic queritur: dūz in ecclesia fit cessatio  
 a diuinis forma seruata dec. de offi. or.  
 irrefragabili. §. certum 7. e. ti. si canonici  
 7. c. qzuis li. vj. de qua etiā secundum  
 quosdam intellige de app. dilectis. an  
 si quis in ea celebrat sit irregularis: In-  
 no. 7 Hosti. in predicto. §. preterea 7 in  
 dec. dilect. dicunt q nō. cuz bec cessa-  
 tio nō sit vera sentētia interdicti. sed ē  
 quedā suspētio organozū. facit rō dec.  
 is q. Idē notat dominus 7 pater meus  
 in predicta dec. si canonici sed Inno:  
 videt notare cōtrariū de spon. nō ē vo-  
 bis. vbi dicit q qui celebrat i terra  
 in qua sunt organa suspēsa ad tēpus est  
 irregularis. Archi. in dec. is qui. ij. m̄so  
 vult cōcordare dictas glo. dicens q si  
 introducta est cessatio auctoritate lega-  
 ti vel episcopi vel delegati scienter cele-  
 brans tali celebratione durate est irre-  
 gularis. 7 sic intelligit glo. Inno. in dec.  
 nō est vobis. aut auctoritate alterius 7  
 secus. 7 sic dicit se itelligere q ipe In-  
 no. notauit i. c. irrefragabili 7. c. dilecti:  
 inducit dictam rationē qz nō inuenitur  
 iure exprelluz vt i dicta dec. is qui. Sz  
 dominus 7 pater meus dicit q ratio h  
 que cōuenit vtriqz mēbro paruz facit  
 ad distinctionē. et ideo ad cōcordiam  
 predictarū glosarū melius sibi vj dice-  
 dū q predictē glose nō itelligant de ces-  
 satione que specialiter fit in certa eccle-  
 sia de qua loquūtur predicta iura. Sz gl.  
 Inno. i dec. nō ē vobis. debz itelligi  
 de cessatione generali i loco de qua lo-  
 quit dec. non est. que sit inducta ab eo  
 qui pōt habetq effectū interdicti. Inter-  
 dicere 7 que pōt. Et hoc pbat eadē de-  
 creta. que permittit solū illa sacramēta

que licet cōferre tēpore interdicti. h. pla-  
 cet. q etiā probat clemen. ex frequentis-  
 bus de sen. excō. que equiparat genera-  
 les cessationes i ductas ab eo qui pōt.  
 generalibz interdictis. Speciales vero  
 l. certarū ecclesiarū nō. Unde si interdi-  
 ctum vel talis cessatio inducta genera-  
 liter in loco seruaf p matricē ecclesiam  
 ipsius loci. religiosi. 7 exēpti illius loci  
 h vidētes vel sciētes 7 tale interdictū  
 vel cessationē nō seruantes h ipso sunt  
 excōmunicati per predictam clemen. ex  
 frequentibus. Sed vbi specialiter in ec-  
 clesia cathedrali vel matrice esset indu-  
 cta cessatio: religiosi non cessantes non  
 incurrūt dictā penā vt ibi nō. Ad dēdo  
 ad propositū qnqz promulgat interdi-  
 ctū specialiter 7 simpliciter in aliquam  
 ecclesiam ex cā. vt sepe fit p executores  
 gratiarū. f. qz eis nō paretur. 7 tunc illa  
 ecclesia solū ē interdicta 7 non dicitur  
 interdictū generale sed speciale. de priui-  
 cum 7 plātare. §. q si tēplarij. l3 dec. ut  
 p̄nilegia. e. ti. videat illud itelligere d ec-  
 cellia sita i loco interdicto. ad idē d sen.  
 ex. si ciuitas. ij. m̄so 7. c. is cui. li. vj. Sz  
 quero: interdicūtur omnes ecclesie ciui-  
 tatis vel prouincie vt fit interdū ppter  
 procuraciones legatorum vel decimas  
 nō solutas vel similes causas: an tale in-  
 terdictū sit generale vl speciale? Respō-  
 deo q tale interdictū est speciale nō p-  
 prie generale sicut cū vna ecclesia ē spe-  
 cialiter interdicta. ita cū interdicūtur om-  
 nes ecclesie talis loci qz talis vniuersa-  
 lis distribuit in singularitate. Unde di-  
 cēdo: interdico omnes ecclesias talis p-  
 uincie p̄inde est ac si diceret interdico  
 hanc illā 7 illā que sunt i tali prouincia.  
 ad h. xix. di. c. j. de peni. di. iij. Adhuc  
 stat de ma. 7 obe. solite. ff. de offi. presi.  
 l. j. §. cū vrbē. ff. de lega. j. sicut serui. 7 b  
 verbo. signi. si princeps. de procu. qui  
 ad agēdū de preben. qzuis. ij. li. vj. cum  
 si. Hoc etiam videt probare dec. cum  
 i partibus. de verbo. signi. distinguens  
 do generale interdictū a particulari siue  
 speciali. Ad predicta soluit questio  
 an in ecclesia specialiter interdicta pos-  
 sint celebrari diuina seruata forma dec.  
 alma. §. adicim de sen. excō. li. vj. In q  
 questione seu simili Hosti. videt non  
 caute locutus in dec. quesuit de hijs  
 que si. a ma. pte ca. Dicēdū est tamē qz  
 nō qz dec. alma loquit cum locus fuerit  
 interdictus. Et tale appellat generale  
 interdictum in dec. cum in partibus.  
 7 de peni. 7 remis. q in te. siue cōmune  
 q idem sonat de priui. q nō nullis. be-  
 ne facit

De cessatioe adiuinis  
 br. ab. i. r. d. i. a. s. f. n. l. d. a. p.

rō hie ay et qm̄d rēllēpiz  
 sy. e. d. h. s. q. q. p. t. a. d. p. p. n. z  
 Inuapit Inuapit Inuapit Inuapit

hie p p p p d. s. i. m. o. r.  
 p. d. i. m. o. b. y  
 qnd interdi-  
 ctū ē speciale

i. c. sicancici.

ne facit de sen. excō. c. si. §. illis etiaz. li. vj. Item euz prohibitio diuinorū que videbat induci per interdictū sit subla-  
 ta seruata forma dec. alma de sen. excō. in. vj. quō interdictum est generale rema-  
 net simpliciter prohibitio in interdicto specialis trāsla. prela. c. ij. cū si. **Sz nū**  
 quid i ecclesia specialiter interdicta pō-  
 test quis baptizare uel in fronte crisma-  
 re? Jo. mo. i dec. presenti. videat inue-  
 re q non. credo q sic. qz a quouis iter-  
 dicto predicta sunt exēpta. de spon. nō  
 est vobis. de sen. excō. rñso. e. ti. qm. li.  
 vj. vnde in prohibitione nō icludūtur.  
 Et p h rñdetur ad id q dixi supra i p-  
 rima questione. qz ibi generalis p̄hibi-  
 tio postea certo casu limitat. hic nego  
 fuisse prohibitionē in dictis casibus et  
 generalem. fateor tñ qz nisi icōmoditas  
 aliud suaderet bonestius alibi predicta  
 expedirentur. ne aliqua nota possit ascri-  
 bi faciēti. de renum. nisi cū p̄idē. §. pro-  
 graui. de no. ope. nū. c. ij. **Sed** quero  
 an speciale interdictū possit relaxari ad  
 cautelā si dicatur nullū? Archi. notat d  
 sen. excō. presenti li. vj. q non. Et dicit  
 qz si bene attēdat intentio illius dec. q  
 declarat qz relaxatio ad cautelā locū nō  
 hz i interdicto generali ciuitatis vel ca-  
 stri loci siue terre. Idem est dicendum  
 in interdicto speciali ecclesie quasi eadē  
 sit ratio i vtroqz casu ergo idem ius. ff.  
 ad. l. aquil. illud de transla. prela. c. ij. cū  
 si. **Sz** Jo. mo. i dec. presenti tenet cō-  
 trariū dicēs qz si prelati et canonici ec-  
 clesie specialiter interdicte petēt rela-  
 xationē ad cautelā fieri poterit qz pp̄  
 eoz culpā tale interdictū p̄ferri debuit.  
 nō sic in interdicto generali in quo pu-  
 niunt qui nō peccauerunt. de off. del. fa-  
 e. ij. et in dec. nō est vobis. cū si. Regu-  
 la ergo que habet qz sentētia censure q  
 est nulla pōt tolli ad cautelā de sen. excō.  
 per tuas et c. venerabili. e. ti. solez. li.  
 vj. seruanda est nisi in casu in quo repe-  
 ritur viciata. ff. de regu. iur. l. j. de spō.  
 cum apud de transac. c. ij. Dominus et  
 pater meus dicit qz h sibi videt verius  
 tñ questio ē dubia propter difficultatē  
 rationis diuersitatis quare generale in-  
 terdictum nō pōt relaxari ad cautelam  
 sz sic speciale loci. et rationes quas i pri-  
 mo casu ibi ponunt predicti doc. forte  
 nō inferūt diuersitatē i secūdo. plus tñ  
 placet dictorum doctorum opinio per  
 rationē Jo. mo. que infert similitudinē  
 in excōicatione et interdicto persone et  
 speciale ecclesie. quātū ergo ad relaxati-  
 onē ad cautelam idem iuris sit i tribus

casibus predictis de transla. c. ij. Item  
 qz dec. presenti dicit generaliter secus  
 ergo i speciali interdicto. xxv. di. qualis  
 de presump. nō ne. ff. de iudi. cū p̄tor.  
**Itē** quero an extrauagans Bonifa-  
 cij prouide attendentes. que prohibet  
 ferri interdictū in loco pro pecuniario  
 debito locū habeat in speciali interdi-  
 cto ecclesie? puto qz nō vt qz de nouo p̄-  
 hibet in vno casu nō habeat locū i alio  
 ff. so. ma. si vero. §. de viro. de rescript.  
 susceptū. de sen. excō. si siua. j. et ij. rñso  
 li. vj. **Predictorum** causa dubito: an  
 interdictum promulgatum in cōe: po-  
 pulū. ciues. incolas. vel vniuersitatem  
 i. sub predictis appellationibus. vel ali-  
 qua ipsarū debeat dici generale vel spe-  
 ciale? **Ad** primū dico qz est generale  
 de sen. excō. alma. §. illis etiaz. li. vj. et qz  
 interdicto loco propter delictum popu-  
 li vel ciuū singulares persone loci itel-  
 liguntur generaliter interdicte de sen.  
 excō. si sententia. §. j. li. vj. et ibi nō. glo.  
 et tunc dicitur generale interdictū. vt i  
 dec. cum in partibus. eodē modo istud  
 debet dici generale. nam et vbi vnū pro-  
 pter alterum vtrobiz tñ. j. di. cōsuetu-  
 do. lxxxj. di. si qui sacerdotū. Immo for-  
 tius qz dicto casu ideo dicitur genera-  
 le interdictum qz vniuersitatē siue po-  
 puluz loci cōplectit. sed propter qz vnū  
 quoz et illud magis. xix. di. c. j. et in cle-  
 mē. si dominū i p̄i. de reliq. et vene. s̄a.  
**Nec** obstat qz tūc singulares persone i-  
 telligunt interdicte qz illud non obstat  
 generalitati per id q dixi supra v. sed  
 quero. **Ad** secūdum dico qz in predi-  
 cto casu habet locum predicta extrava-  
 gans saltem de mente. et si verba dican-  
 tur deficere. j. q. j. marchion. de verbo.  
 signi. itelligen. et c. preterea. ff. de leg. l.  
 scire. ff. de pet. here. itez veniūt. §. aprā  
 da. et in fine. **Uiso** de speciebus inter-  
 dicti respectu patientis restat videre  
 respectu modi i prolacione seruati. **Ubi**  
 sciēdū qz p̄ interdictū interdicis locū sub  
 appellatione regni: prouincie: ciuitatis:  
 castri: vel ville: de verbo. signi. euz par-  
 tibus. uel terre: de postu. prela. c. j. de of-  
 fi. delega. c. ij. d̄ iure iur. ex rescripto: vel  
 loci cuiusuis nominationis vt li. vj.  
 de cens. qz qz de p̄iui. episcopoz: de  
 sen. excō. p̄senti. quibus casibus ipsius  
 loci suburbia intelliguntur interdicta  
 de sen. excom. si ciuitas. li. vj. Quomo-  
 do appellatio ciuitatis includat subur-  
 bia: et cōtinentia edificia vel non: notat  
 i. l. ij. ff. de verbo. signi. **Circa** quod  
 quero si suburbia et habitantes i eis nō

sunt de iurisdictione loci interdicti sine  
vniuersitatis ipsius / an propter interdi-  
ctus loci in eis valeat celebrari: uel nō?  
R. nōdeo q̄ nō per rationē predictē dec.  
si ciuitas. s. ne vilipendat sentētia iter-  
dicti adde de priuileg. ut priuilegia. §. illō  
et i. de. de sen. excō. cū ex eo. et facit. ff. d.  
verbo. signi. collegariū. §. j. et ff. de lega.  
iij. uxore. §. legauerat. Sic ergo iterdi-  
ctū promulgatū in locum includit subur-  
bia et continentia edificia et in nullo su-  
biecta dicto loco vel vniuersitati ipsi?  
q̄ puto verū si proferēs interdictū ha-  
beat iurisdictionē spirituale nō solū in lo-  
cuz quē interdixit sed et in ipsius loci  
suburbij: vel continentibus edificijs  
cū huius snia interponit de arbi. cū oliz  
de verbo. signi. in hijs. ff. de ap. ab exe-  
cutore. §. j. Sed si proferens non habe-  
at iurisdictionē spirituale in suburbij  
vel continentibus edificijs licet illam  
haberet in locuz quē interdixit non vi-  
detur habere locum dec. si ciuitas per  
l. iij. ff. de offi. presi. et de iurisd. omni.  
iudi. l. si. ix. q. iij. ep̄s de offi. lega. nouit.  
de consti. c. ij. r̄nō li. vj. Ad idem be-  
ne facit. ff. de bo. auē. iudi. pos. cū vnus  
§. is qui. ff. de interdi. et relega. l. relega-  
torum. §. j. Et licet ita videat de iure  
scripto tamē pōderata ratione decre. si  
ciuitas. pōt dici q̄ et hoc cāu suburbia  
et continentia edificia adherentia loco  
interdicto intelliguntur interdicta nō  
ab homine sed a iure. simile de sen. exc.  
nuper ar. de accu. super hijs. v. post con-  
firmationez. et p̄ h̄ respondet ad p̄oxio  
in contrariuz allegata. Sed que dicant  
continentia edificia: dicit glo. hoc esse  
iudicis arbitrio relinquendū in. c. si ci-  
uitas de sen. excō. li. vj. in verbo conti-  
nentibus. sec̄o ē in verbo contiguū si-  
cut ibi i. ij. responsō. Forte posset dici  
suburbia et continentia edificia eē sino-  
nima cū adiciuntur ciuitati vel alteri lo-  
co quia. l. ij. et l. et alpheus et l. edificia. et  
l. que in continentibus. et l. collegariū.  
§. j. ff. de verborū signi. et l. nam q̄. §. si  
ita. ff. de penu lega. exprimunt continē-  
tia edificia et non suburbia sub qua ap-  
pellatione suburbia includunt. tñ dec.  
si ciuitas videtur et ea ponere vt diuer-  
sa per cōiunctiones et et vel ibi positas  
vt suburbia intelligantur burgi eē et p̄  
pe ciuitatem in quibus domus sūt cō-  
tigue: continentia edificia domus vltra  
burgos separate et non contigue. vel di-  
cuntur suburbia per que iter est rectuz  
continentia edificia que sunt prope ci-  
uitatem vel locum interdictum iter su-

burbia. Licet autem prope ciuitatē vel  
locum interdictum non sit aliquod edi-  
ficium. puto nihilominus loca ad he-  
rentia loco interdicto intelligi interdi-  
cta: vt in eis non valeat celebrari sine  
violatione interdicti q̄ si in eis posset  
celebrari sine dubio vilipenderetur sen-  
tentia interdicti q̄ est contra rationem  
dec. si ciuitas. dictum autē debet intel-  
ligi secundum eius rationem. vij. q. j. sci-  
as de verbo. signi. intelligentiam de ac-  
cu. cū dilecti. **S**z causa huius quero  
usqz ad quē locuz durat suburbia et cō-  
tinentia edificia: si de vulgari hoc appa-  
reat stādum est tali interpretationi. j. di.  
cōsuetudo de spon. ex litteris. ff. de i.  
instruc. et instru. lega. cuz delationis. §.  
afinaz. ff. de sup. lega. l. labeo. si nō appa-  
ret d̄ vsu boni viri arbitrio. i. iudic. h̄  
terminetur. ff. d̄ iure deli. l. j. §. j. xij. q.  
ij. §. ecōtra addaz de offi. dele. d̄ causis  
ij. r̄nō de accu. sup. hijs. et hoc casu itel-  
ligatur dicta gl. **S**z nūquid ad heren-  
tia vel contigua suburbij vel continē-  
tibus edificijs intelliguntur interdicta?  
dic q̄ nō alias sequeretur q̄ adheren-  
tia adherentibus essent interdicta et  
sic vna ciuitate interdicta totus mun-  
dus esset interdictus: q̄ dicere essz ab-  
surdum. ad hoc de testibus. licet. iij. Et  
facit dec. si ciuitas. que vult interdictū  
loci per certum finem terminari. h̄ etiā  
tenet dominus et pater meus de postu.  
prela. c. j. qui dat simile de eo q̄ dicitur  
q̄ ex cōmunicatio non transit ad tertiā  
personam. xj. q. iij. quoniā. **R**edeo ad  
membrum et dico q̄ quādoqz interdi-  
ctum profertur in ecclesia et tunc ipsius  
capella eidem ecclesie contigua et cimi-  
terium ipsi ecclesie cōtiguū intelligū-  
tur interdicta: secus si predicta nō sunt  
contigua ecclesie interdicta vt in predi-  
cta dec. si ciuitas. ij. r̄nō. **S**ic ecclesia  
polluta intelligitur cimiterium pollutū  
eidem contiguū non autē econuerso.  
**N**am polluto cimiterio non est pollu-  
ta ecclesia et cetera contigua nec vno cimi-  
terio polluto est pollutū alteruz etiā sibi  
coherens pariete intermedio et h̄ habe-  
tur de conse. ec. vel. al. c. j. li. vj. **E**x qui-  
bus sequit q̄ interdicta ecclesia vel ci-  
miterio alia ecclesia coherens interdi-  
cto vel al. ud cimiterium coherens iter-  
dicto pariete intermedio non intelli-  
guntur interdicta. **I**tem interdicto lo-  
co sub appellatione ciuitatis non sunt  
interdicti ciues ipsius ciuitatis. **I**dem  
in interdicto cuiusuis loci prolato sub  
aliqua appellatione loci. puta castri vel  
ville

de interdicto  
spali.

ville vel huiusmodi. q̄ est uerum cui in  
 terdictur locus propter delictū domi  
 ni vel alicuius singularis persone secus  
 si propter delictum ciuitū vel populi vel  
 vniuersitatis ipsius loci. h̄ habent̄ et p̄  
 bantur de sen. excō. si sententia. ij. r̄nsō  
 li. vj. S̄z an in primo casu persone cul  
 pabiles sunt interdicte? dic q̄ sic ut ibi  
 inuitur dñ̄ dicitur que culpabiles fue  
 runt facit. e. ti. alina. §. illis de priuile.  
 q̄ nō nullis et e. ti. licet i fine li. vj. Itē  
 scias q̄ q̄nqz interdictū cler̄ alicuius  
 loci: et tunc illius loci populus nō itelli  
 gitur interdictus q̄ h̄ diuersa ut. j. e.  
 ti. si sentētia. j. de p̄ui. ex parte. j. Intel  
 ligo autē appellatione cler̄ cōtineri n̄  
 solū promotos ad ordines: sed etiam  
 religiosos et religiosas cōuersos et con  
 uersas qui ita sunt ad ecclesiam transla  
 ti q̄ de populo proprie dñ̄i nō possunt  
 xxj. q. j. duo sūt. xxj. q. ij. si quis iaz trā  
 slatus de p̄ui. ut priuilegia et c. j. d̄ sen.  
 excō. nō dubium et q̄ ibi nō. S̄z q̄s  
 si interdictū terra alicuius dñ̄i de qua  
 terra debet intelligi? So. de ea que est  
 sua quo ad dominiū iurisdictionale de po  
 stu. prela. c. j. et uidetur expressum de of  
 fi. dele. sane. ij. d̄ iurem. ex rescripto de  
 spon. non est vobis. Fortius si terra es  
 set illius domini simpliciter et absolute  
 propria. ff. de religi. l. ij. §. in locū. Itēz  
 intelligitur de terra q̄z ab alio tenet in  
 feudūz vel emphyteotim q̄z in casibus  
 ad ipsum spectat vtile dominiūz ut de  
 emphyteota satis patz. ff. si ager vec. v̄  
 emphy. pe. l. j. §. vlti. et l. si. de vassallo in  
 li. seu. si de feudo p̄trouersia fuerit iter  
 vassallos et alios. c. si cā inter. vel saltez  
 nō pōt negari q̄ vassallus habeat usu  
 fructum q̄z hoc casu transit ad heredes  
 i li. seu. quibus ca. seu. amitta. circa pri.  
 q̄d est satis ut statiz dicā. sed p̄prietas  
 spectat ad dominūz in li. seu. de inuesti.  
 rei. c. rei aut. vbi dicit q̄ vassallus tāqz  
 dominus pōt quasi v̄dicare. Quid  
 si p̄tineret ad ipsum dominiū rōne dot̄  
 vxoris? dic q̄ itelligit̄ iterdicta q̄z ma  
 ritus cōstāte matrimonio est dominus  
 dotis. C. de rei ven. l. doce ancillam de  
 auro et argen. lega. l. quintus. Sed an  
 terra illi domino pignozata intelligit̄  
 iterdicta? So. aut proferens dixit iter  
 dico terrā q̄z talis tenet. et tunc sibi p̄  
 gnozata interdicta itelligit̄. creditor. n.  
 habet possessionē. ff. de vsucapi. l. serui  
 nomine de quo nō. ff. qui satisda. cogā.  
 l. sciēdum. §. creditor. Et facit de re iu.  
 cum bertoldus. aut i p̄olatione fuit di  
 ctum interdicto terrā suam vel tuam q̄z

dicta verba denotāt dominiū ut i dco  
 §. in locū et ff. de rei ven. l. in rez. non in  
 cluditur pignozata. ita notat dominus  
 et pater meus post Vincen. in predicta  
 dec. j. de postu. pla. S̄z q̄d b̄ illa i qua  
 habet usufructū tāruz? dic q̄ illa inclus  
 ditur cum in multis casibus usufruct  
 sit pars domini. ff. de usufructu. l. iij.  
 et j. nō. Quid si iterdictū sp̄aliter illa  
 terra i qua habet usufructū? dicit  
 dominus et pater meus q̄ per hoc iter  
 dicitur illa in qua habet proprietatem  
 licet alius usufructū ar. insti. de heredi.  
 insti. §. j. et ij. et iij. et ff. qui satisda. cogā.  
 l. penul. ij. r̄nsō. sed q̄. j. dicit in fine pos  
 set induci pro et contra: licet hoc sit tu  
 tum. contrariuz pōt sustineri ne accessio  
 rium videat ad se trahere principale. cō  
 tra id de cōse. ec. vel al. c. vno li. vj. Et  
 facit predictus. §. tertius qui icipit ali  
 enum insti. de here. insti. S̄z quid si is  
 cui terra interdictur habet terram in  
 diuersis p̄uincijs? So. si habet i diuer  
 sis locis pro parte et p̄ diuerso omnes  
 ille partes subiacent interdicto. Sed si  
 pro inuiso secus ne innoces p̄uincias  
 ff. de au. et ar. lega. quintus facit de pres  
 bendis. c. vlti. in fi. li. vj. xij. q. j. §. vlti.  
 ff. de ri. nuptia. l. illud. alias uideret tale  
 interdictum promulgatur super icerto  
 cōtra id q̄d habetur de preben. duduz  
 li. vj. et in clementina cū ei q̄ de conces.  
 prebe. et facit q̄ notat de sepul. sacris.

Quid dices si is cuius terra iterdicti  
 tur postea nouas terrā acquirat? So. si  
 noua non includit cum talia non respici  
 ant iutura de rescriptis. c. vlti. et e. ti. cle.  
 litteras cum si. ad idem. ff. de iudi. non  
 pōt. et de dā. infec. l. dāni. §. si is qui. q̄  
 notat per glo. et alios de priuile. cum ca  
 pella. Quid si quis uedit terram inter  
 dicta: vel perdit eam. Dic q̄ propter  
 hoc non tollit interdictum cū onus rei  
 transeat cum ipsa re de decimis pasto  
 ralis. et c. cui nō sit de pigno. ex litteris  
 cum similibus nec. n. iste ē modus tollē  
 di interdictum q̄ debet relaxari per iu  
 dicem secūduz q̄ infra dicā qui tamen  
 cessante fraude et causa interdicti se fa  
 cilem exhibebit alle. do. et pater meus  
 p̄dictā dec. d̄ sepul. sacris. Redēdo  
 ad propositū q̄nqz interdictū cōe po  
 pulus vel vniuersitas sub ipsorū appel  
 latione et tunc singulares persone cōis  
 populi vel vniuersitatis intelligunt̄ in  
 terdicte. Unde nullo i loco possunt au  
 dire diuina vel p̄cipere ecclesiastica sa  
 cramenta preter permissa. q̄ actualis  
 auditio diuinoz et perceptio sacramen

torum per interdictū ē phibita. actus  
autem sunt proprie suppositorū nō vni  
uersitatis. Unde nō vt vniuersitati s; vt  
vt singulis predicta intelligunt phibi  
ta. hec decisio habetur in predicta dec.  
si sentētia. §. vlti. Sed circa h occur  
runt plura dubia vñ est an interdictis  
clericis alicuius specialis ecclesie etiaz  
sub nomine collegij intelligat ecclesia i  
terdicta? Dic q nō vt probat de priu.  
per exceptiōē in fine. li. vj. S; quero  
an interdicto populo vel vniuersitate  
collegio vel cōi alicuius loci, intelligatur  
p h ille loc⁹ iterdictus? do. ⁊ pater me  
us in dec. si sententia dicit q nō. q; ali  
ud est interdictum loci, aliud est vniuer  
sitatis vel collegij, vt videt expressum  
de usur. c. j. li. vj. Poterit ergo celebra  
ri in illo loco alta voce vt prius. q; h  
nō est prohibitum de spon. cū apud euz  
fi. ⁊ facit q dixi supra questione. prima  
l; dictū. d. ⁊ patris mei. pcedat de iure  
scripto prestare videtur occasiōē perī  
culo. Audiant. n. voces celebrantium  
publice ab iterdictis qui ēt videre po  
terunt patenter corpus xpi. ⁊ p hoc vi  
lipendēt censura ecclesie p illud q ha  
betur de priu. vt priuilegia de sen. ex  
cō. si ciuitas. li. vj. ⁊ in clemen. eo. ti. cū  
ex eo. vt ergo tanto periculo obuiet de  
sepul. c. j. li. vj. e. li. de cōsti. c. ij. cōsulen  
duz esset clericis. vt tali interdicto du  
rante abstinēt a publica celebratiōe.  
S; nūquid si aliquis de vniuersitate  
interdicta se transfert ad alium locū pri  
mo diuiso cēseat ne ampli⁹ iterdictus?  
S; specialiter iterdicto nō est questio q;  
ille semper remanet interdictus donec  
absoluat. sicut de excōicato dicit. iij.  
q. v. quisquis de sen. excō. cū desideres  
facit d regu. iur. c. j. Si autē nō ē specia  
liter interdictus: s; sit de populo itedi  
cto. aut fuit in culpa propter quā lata ē  
sententia interdicti. ⁊ tunc q; intelligit  
specialit̄ iterdictus quocūq; se transfe  
rat interdictus remanet ar. de priu. q;  
nō nullis. ⁊ eo. ti. licet in fine. li. vj. ⁊ de  
sen. excō. alma. §. illis ⁊c. eo. li. Si vero  
non fuerit culpabilis si ex toto desinit  
esse de loco interdicto. credo cessare in  
terdictum circa eum q; in eo cessat cā  
efficiens ⁊ pseruans ergo cessare debz  
effectus. l. xj. di. neofitus. de renū. post  
translationez. ff. de iurepatro. adigere.  
§. quis ⁊ in cā naturale. ⁊ ff. de regu.  
iur. null⁹ ⁊c. ti. c. j. vnde si talis se trās  
ferat etiā notorie ad alium locum domi  
cilij mutandi causa cessat interdictum  
quo ad eum. q; libertas sibi data a lege

de trāslatiōe domicilij. ff. ad municipa.  
l. n̄ vtiq; ⁊ l. nihil. n̄ tollit p huiusmōi i  
terdictū. ff. de adop. l. si arrogator de re  
gu. iur. indultū li. vj. bene facit. ff. de ca  
pti. ⁊ postlimi. reuer. l. in bello. §. manu  
mittēdo. ff. de condi. ⁊ demō. l. ticio. §.  
ij. nec talis pōt dici pñetus uel destina  
tus ex quo ponitur inculpabilis. sed so  
lum dicebat interdictus q; de vniuersi  
tate interdicta. ⁊ sic nō obstat. ff. ad mu  
nicip. l. icola. ij. ⁊ q; ibi nō. ⁊ de foro cō  
pe. pposuisti et p h ēt respondēt ad ea  
que premisi de specialiter interdicto. ⁊  
que dixi supra circa principium huius  
secūdi membri. Quid si existens de  
populo nō interdicto factus est post in  
terdictum de populo interdicto? Res  
do q; extunc ligatus est sicut ⁊ alij. cū  
n. factus sit mēbrum illius corporis n̄  
debet ā modo alio iure censeri q; co. p;  
xij. di. c. j. de prescrip. non liceat. ff. ad  
municipi. l. incola. j. ⁊ de sta. regula. reco  
lentes i fi. ⁊ q; ibi nō. Neq; obstat q;  
precessit sentētia q; ponit q; lata fuerit  
cōtra vniuersitatē uel populuz qui non  
mutantur nouis personis superuenētis  
bus. ff. d̄ iudi. pponebat. vij. q. j. deni  
q; Itē ut sepe dictum ē hac sententia  
ligantur qui nō peccauerunt per que re  
spondēt ad. l. prouidenduz. C. de decu.  
li. x. que forte uidetur facere ptra. possz  
ēt ad ipsam responderi p id q; ibi no  
tatur in prima gl. Sed quid si existens  
de populo interdicto bāniatur uel con  
finatur seu relegat? So. q; tū ad simpli  
citer nō ad tempus bānitum cessat iter  
dictum q; non cēsetur amplius de illa  
vniuersitate. perdit. n. vniuersitatē siue  
ciuitatem ut sic loquar. sed confinatus  
uel relegatus ad tēpus n̄. unde remanet  
interdictus q; adhuc cēsetur ciuis uel  
de corpore vniuersitatis. probant hec  
ff. de iur. fisci. l. bona. q; diu ergo rema  
net nomē ciuis uel illius vniuersitatis  
uel populi interdictum sequitur eū. sed  
cessante i eo dicto nomine appellatiuo  
cessat interdictum circa euz ad h. l. xvij.  
di. corēpi. in fine. ff. de tutel. l. j. §. j. ⁊ q;  
ibi notatur. q; n. sub nomine appellati  
uo disponit tantū durat quātū appella  
tio. ad hoc. xvij. q. j. c. j. l. di. ferrum de  
rescrip. si gratiose li. vj. de offi. dele. qm  
abbas. ff. ad trebel. l. quotiens. §. fi. Et  
si dicatur q; secūdu h bānitus cōsequi  
tur premium ex dolo cum eius culpa.  
fuerit bānitus. respōdeo nō est verū q;  
ratione culpe consequat relaxationez i  
terdicti. sed bānum ē causa propter q;  
perdit locū que perditio loci est cā qua  
re est

 pulturaz proferent diuina officia canta-  
 re. vt est expressuz. xij. q. ij. qui diuina.  
 r. c. placuit ad idē de rap. c. ij. bene facit  
 de vsuris. qd i omnibus vbi pena suspē-  
 sionis ab officio que imponitur sepeliē-  
 tibus manifestos usurarios non pot cō-  
 plecti nisi clericos r ideo illaz oportet  
 de clericis intelligi r nō de laicis. nam  
 pena iuris nō habet locū nisi in cau vbi  
 materia sup qua fundatur esset habilis  
 ad illam suscipiendā vt bene probatur  
 de elec. si pmissarius. §. restringitur  
 li. vj. r qd ibi notat in vltima glo. facit r  
 ff. d. iurepatro. adigere. §. quāuis. ad. l.  
 cor. de fal. impuberē. §. si seruo. optime  
 de biga. debitū. facit qd dixi. §. ver. sed  
 potest dubitari an. Ex predictis clare in-  
 fertur: qd dispositio dicte clemen. iquā-  
 tum sepeliētibz in cimiterijs eccle-

vi. seq. vol.  
 ibi. si tō oia.

siarum iponit penaz excōicationis. adie-  
 cta clausula qd pprie adaptat clericis  
 r ecclesiasticis personis. quozū offici-  
 uz proprie est ecclesiastice tradere sepul-  
 ture per diuinozū celebrationē. debet  
 intelligi r nō de alijs. Itēz quid di-  
 ces si clerici dicunt officium sepulture  
 super funus in loco secreto. nō positum  
 in humo vel i alio sepulchro. nūquid sūt  
 excōmunicati? Lerte secundum opinio-  
 nem contrariā esset dicendū qd qd textus  
 dic. sepelire qd ē humo vel tumulo. mor-  
 tuum condere: r sic per solam officij ce-  
 lebrationē non esset consumatū delictū  
 ergo non incidit in penā. de elec. perpe-  
 tuo li. vj. cuz si. Sed nō credo qd alijs  
 hoc diceret. sic enim semper fieret durā  
 te interdicto saltē de solēnibus psonis  
 defunctis. r per cōsequēs dicte clemē.  
 esset facta ludibrio et lex imposta ver-  
 bis r nō rebus cōtra id de elec. pmissa  
 §. porro li. vj. Si tñ omnino uelles iu-  
 dicare propter predictā interpretatio-  
 nem verbi sepelire: ex quo aliud non  
 possumus: concedam tibi qd tradentes  
 tumulo. r ad id cooperantes sicut sunt  
 aperientes sepulchra: foueam faciētes.  
 Itēz id mandantes per dec. mulieres  
 de sen. excō. cū cōcoz. r qui possunt pos-  
 testatine prohibere r nō prohibēt. e. ti.  
 qz. ligētur dicta pena: nō autē portan-  
 tes cruces: vel cereos: uel associantes  
 vel alijs similes ad h. de homi. sicut di-  
 gnum. §. ij. ff. ad. l. aquil. scripture. §. si  
 seruus r. l. ita vulneratus. Ad septi-  
 mum r vltimū mēbrum. s. qualiter tolla-  
 tur ecclesiasticū interdictū: quicquid  
 hoc dixerit hosti. de appel. ad h. qm.  
 dico qd speciale interdictum persone p  
 ipsius cōtumacia promulgatū tolli dz  
 prestita cautione de stando iuri. de ver.  
 signi. ex parte. j. r si aliā cautionē psta-  
 re non pot iuret: qd parebit mādatis ec-  
 clesie. de sen. excō. venerabili. eodē mo-  
 do tollit si pro dubia offensa in aliquē  
 latū fuit. sed si pro manifesta offensa vel  
 culpa singularis persona fuit interdi-  
 cta absolutionē seu relaxationē pcedere  
 dz satisfactio. vt i predicto. c. ex parte.  
 Si autē satisfacere non pot prestet ido-  
 neam cautionem vel iuratoriā: si aliā p-  
 stare nō pot. C. de episcopis et de. auc.  
 generaliter de dona. inter vi. r vxo. per  
 vestras de sen. excō. c. vlti. §. illis et. li.  
 vj. Itēz per omnia intelligas si interdi-  
 ctū fuit promulgatum in ecclesiam sin-  
 gularem siue specialem. qd quidem fieri  
 potuit propter culpaz persone vel per-  
 sonarum eiusdem ecclesie vt dixi. §. ij.

Depis clm et ecclesiam p's.

non intelligas qd sub hoc uelut in clauda-  
 clicis diuinitas of 3 sup fung h postum  
 i loco secreto nō adhur i sepulchro. qd  
 dicitur y ce pedito et idubitate hnt §. p't.  
 et intellige quod hnt dicit qndo pū ofino de  
 ruz sepulch. qd qndo sine eo tenet §. no

non dicitur  
 qd nō manifestum  
 i clare.

suatē tollatur interdictum

membrio. v. sed quero an speciale. Sz interdicitu generale. s. loci vel vniuersitatis siue populi siue cõitatis sine certa forma tollit siue relaxat. Et in hoc casu nõ reperio certã formã in iure. Unde iure cauetur q̃ tale interdicitum debet reuocari. quod me. causa. c. vno. li. vj. vñ relaxari. de sentẽ. excõ. presenti. e. li. Et ab his q̃ fuerũt culpabiles añ huiusmõd relaxationẽ vel reuocationẽ dz exigi satisfactio vñ cautio iuxta ordinẽ supradictum ar. predicti. s. illis. Sz solz q̃ri an si aliqui volũt satisfacere õbeat quo ad eos interdicitu relaxari? So. sic si est psona specialiter interdicitã: sic dicitur de excõicatio absolutionẽ perẽte r mãdãtis ecclesie se offerente de offi. dele. cũ cõtingat. de eo q̃ duxit in mar. q̃z pollu. significasti. de q̃ plene scripsi de rescrip. ab excõicatio ad finez. Si autẽ locus tãtũ r nõ persone vel populus seu vniuersitas fuerunt interdicitũ: non est questio q̃ nõ requiritur alicuius satisfactio preter illius vel illorum quorũ culpa interdicitum principaliter latum est. Absurdum. n. esset q̃ ab illo requireret satisfactio que in nullo fuit i culpa de consti. c. ij. cũ cõcor. Per hec cõcludo q̃ si ẽ generale interdicitu loci vel vniuersitatis persona nõ debet absolui: vel circa ipsam interdicitu relaxari specialiter q̃ est contra aliquos inquisitores heretice prauitatis qui pretextu cuiusdã priuilegij Inno. v. qui precessit Bonifacium cuius fuit dec. alma. frequẽter contrafaciunt de quo priuilegio dixi. s. cum tractauit õ cruce signat. Nec omitto q̃ disputauerũt antiqui r moderni: an interdicitu possit ad tẽpus suspendi p aliũ quã per papam: r si põt r suspenditur r iterum appellat. an appellatio suspendit effectũ interdicitũ pro futuro tempore? De his plene nõ. de appel. ad h quoniãz. r ibi dixi r. c. dilectis. Breuiter dic q̃ interdicitu persone suspendi non põt: sicut nec excommunicatio ad h de sen. excõica. cum desideres. Sed interdicitu loci bene ar. de spon. non est vobis. de priu. vt priuilegia. Et est diuersitatis ratio q̃ locus interdicitur qui nõ deliquit nec delinquere potuit cum sit res inanimata. Unde est sensus interdico locum. i. celebrãtes i loco. Unde pferẽs potest ab hac snia excipere quos vult r subicere quos vult. Itẽ q̃ officia certa celebrãtes in loco sint excommunicati r nõ alij. r q̃ tãtum certo tẽpore seruent interdicitum. s. cũ dominus terre fuerit presens r non al. de offi. delega. sanc. el

ij. de sponsa. nõ est vobis. vel si proprie dicatur locus interdicitus. quia id tam factum fuit propter delictum hominis nõ loci. poterit ibi celebrari ad tempus. i. istud interdicitu suspendi ut in. c. priuilegia. Sed si persona est interdicitã: h ẽ propter propriam ipsius culpã ideo istud interdicitu nõ potest suspendi. Si enim penitet r satisfaciãt relaxanda est sententia alias nõ debet sacramenta tractare. lxxxj. di. si qui sunt. et. c. ministri. r c. oportet secundum Inno. r Hosti. in dec. vt priuilegia. Ad aliam questionẽ licet Hostiẽ. videatur aliter sentire: dico q̃ si medio tẽpore suspensionis interditi loci appelleretur: appellatio non suspendit effectũ pro tempore futuro. Et est ratio q̃ suspensio respicit actum manentem habitu. xv. q. vj. c. penul. r vlti. de offi. dele. prudẽtia. s. sexta. C. de cura. furi. l. penul. cum si. Et sic pro tempore futuro tantũ post appellationẽ non est nouum interdicitum vt in predictis glosis satis nõ. ergo sententia remanet ligans saltez habitu. Sed effectũ talis sentẽtie nõ suspendit per appellationẽ sequentẽ vt in dec. pre. ad h quoniam. Ad dec. dilectis inquitũ videtur face re contra id quod dixi: respõde q̃ ibi lata fuit sentẽtia sub cõditione. unde appellatio interposita ante pditionis enẽtum habuit ipẽdite: non dico suspende re effectum sentẽtie interditi vt eo. ti. preterea. ij. que sentẽtia interditi est valde timenda r seruanda cũ sit neruũ siue cõsura ecclesiastice potestatis. de cõsue. cum inter vos. pcessã ipsi ecclesie a xpo cui est honor r gloria p infinita seculorũ secula amen.

Explicit tractatus de excommunicato interdico. d. Joãnis calderini excellẽtissimi vtriusq̃ iuris doctoris: Impressus Papiẽ per Joãneantoniu biretam: ac Franciscum gyarden gum: necnon emendatus per. d. Petrus crassum vtriusq̃ iuris doctore i ticinẽsi academia publice legentẽ.

si. dicitur  
et dicitur  
prolati. h. i. i. i.  
Hic est p. i. i. i.  
Sanctus factus est  
causã. i. i. i.  
Annos. 5. i. i. i.

si. dicitur  
et dicitur  
prolati. h. i. i. i.  
Hic est p. i. i. i.  
Sanctus factus est  
causã. i. i. i.  
Annos. 5. i. i. i.

Repetitio. c. dignus de cele. mis. in cle.  
per dominum Joānem de lignano.

## De honorē

illi<sup>9</sup> cuius sūt ope  
ra inseparabilia. s.  
sancte ⁊ idiuidue  
trinitatis: ac etiā  
marris vnigeniti  
filij dei incarnati

in eius vtero virginali: necnō ad laudē  
⁊ gloriā patronorū huius terre: lz ebes  
⁊ rudis ingenio ⁊ imbecillis in uiriū in  
tellectu. confusus tamen de omnipoten  
tis dei gratia quā suppliciter inuoco ⁊  
preco: humiliter qualiter mihi i huius  
actus inicio, fortitudinē spiritus eloque  
tiam eruditā, cum claritate sermonis p̄  
stare dignetur iuxta illud numeri. xxvj.  
Dabis claritatem super illū vt audiant  
filij israel. viij. q. j. Si ergo audaciam sū  
psi aliqua circa materiā horarum cano  
nicarū sic prout in eodē scriptū inuenio  
diffinire: quod vt comodius efficere va  
leam assumpsi. c. dignū situatum sub. R.  
de cele. mis. in cle. In cuius repetitione  
seruabo ordinē consuetum. qui ex infra  
dicēdis apparebit. ⁊ qz opus isolitū mi  
hiqz sūme difficile aggredior, materiā  
talē assumēs in qua video doctores so  
lēniore variare: iccirco protestando p̄  
mitto qz siquid qz absit in presenti ma  
teria aliqua sinistra ex lapsu lingue seu  
magis ex indigesta ruditate proferā, sta  
tutis sante romane ecclesie seu deter  
minationibus veris doctorū quorūcū  
qz obuiantia, extūc prout extūc omnia  
⁊ singula volo pro non dictis haberi. ⁊  
submitto me correctioni ⁊ emēdationi  
omniū peritorū hui<sup>9</sup> iuris: ⁊ specialiter  
dominorū meorū hic presentialiter cō  
stitutorū: ⁊ cōfiteor me tenere qz appro  
bāt ⁊ nō tenere qz reprobant ⁊ h̄ appa  
ret in cunctis me reprehēdi nō posse vt  
xxiiij. q. j. hec est fides de sum. tri. dāna  
mus, in fi. Ad primo exprin. c. certū  
modum ⁊ ordinē in diuinis officijs de  
bere seruari vt dic̄ Augustinus in libro  
de ordine. Ordo est quem si numeram<sup>9</sup>  
vel imitamur in vita perueniremus ad  
vitam que est deus: si vero non tenuerū  
mus: nō perueniremus ad ipsum. vnde  
subdit ordo est seruandus in dicēdo: ⁊ i  
scribēdo: ⁊ inueniēdo: ⁊ i iudicādo. de  
hoc plenius per Archi. de conse. di. ij.  
in xpo. qz tū intelligo de diuinis septē  
horis canonicis de quibus. s. eo c. j.

72  
De horis  
Ad. ij. qz episcop<sup>9</sup> pōt habere certū  
modum i dicendis diuinis officijs qui  
nō erit illius nisi qui i sua ecclesia cathe  
drali obseruet, ar. xij. di. illa. quoniā ipse  
est caput ⁊ canonici vt mēbra de p̄scri:  
cū nō liceat. possunt instituere diminue  
re vel augumētare vt infra dicet. Op.  
primo circa primū notabile qz nō certū  
modū in dicēdo certum officiū nec cer  
tum qz quis cōpellat dicere lz quilibz  
remittit cōsciētie seu vt dicat quātum  
velit qz voluntariū militē diligit chri  
stus nō coactū. xvj. q. j. non est. So. du  
plex est necessitas iuris ⁊ facti. ar. c. sci  
licitatus de rescrip. quod ergo tenet ad  
horas ⁊ certo modo est necessitas iuris  
cōtrariū de necessitate facti. ⁊ hoc infra  
in questione. Op. secundo cōtra secū  
dum notabile qz nō liceat obseruare or  
dinem in officio diuino aliū quā roma  
num. xij. di. c. j. ⁊ ij. de conse. di. iij. va  
sallitas. ⁊ quod rome fit spectandū est.  
ff. de offi. presidis. l. lz licet. ⁊ secundū  
qz ipsa satisfacere debemus. s. de re iu.  
in causis. sed romanus pontifex consti  
tuit certū modum in horis dicendis p̄  
circulū anni quez seruat de conse. di.  
v. in die. uidetur qz ille tenēdus sit ⁊ nō  
episcoporum. Solutio licet mos roma  
ne ecclesie in sacramētis sit seruandus  
nō tamē i officio vt dicto capitulo i die  
vt ibi nō. vel aliter licet romana eccle  
sia statuit ⁊ obseruat ordinē positū i di  
cto. c. in die. nō tamē alijs precipit ob  
seruare vt ibi legit permissit vt quelibz  
ecclesia cathedralis sibi modū cōpetē  
tez inueniat que obseruare tenētur om  
nes clerici nisi eis contrariū indulgeat  
vt hic. Ex istis dicit Sephanus hic so  
luta<sup>9</sup> questionē de eo qui tenet ad offi  
cium ordinis sui vel ad aliud consuetū  
in dioce. beneficij qz nō excusat dicen  
do officiū romane curie secus vbi cer  
ta consuetudo nō apparet nec ordina  
tio qz tūc excusaret. xj. di. quis nesciat  
ff. de legi. l. de quibus. C. de iure iur. li.  
vj. ⁊ qz nō. j. de p̄sue. qd nō. Opp. ter  
tio. videt qz papa nō possit dispensare i  
horis nō dicendis. sicut enim indistin  
cte que a iure diuino sunt. sed papa con  
tra ius diuinū dispensare non pōt. s. de  
deci. ex parte. j. ⁊ c. se. So. pōt dispensa  
re in tanto. sed nō i toto. secundū Guil.  
hic. sed credo qz pōt dispēsare i toto qz  
sunt iuris positifi ut. s. e. r. j. Nec ob.  
dictū psalmiste qz alijs legē indicere nō  
potuit nec indixit sed de ipso loquit.  
Ad. qz episcop<sup>9</sup> dicit pōtifer ⁊ papa  
sūmus pontifex appellatur. xxiiij. di. in

nomine domini. Expeditus de notabilibus venio ad questiones.

Primo quod sint hore canonice et vñ dicantur.

Secundo qualiter et quomodo sunt hore canonice inuente.

Tertio qui tenentur dicere horas canonicas.

Quarto quid et quantum pro horis canonicis sit dicendum.

Quinto an obligatus ad horas canonicas eas dicens meretur et quid.

Sexto an strictus ad horas canonicas eas non dicens peccet mortaliter.

Septimo an p omissionem cuiuslibet hore peccet specialiter an pro omnibus simul tantum vnum peccatum incurrat.

Octauo quero an clericus in deuote legens horas vel aliquid ex eis omittens vel legendo eas non intelligens peccet mortaliter vel venialiter.

Nono an habens plura beneficia teneat pluries dicere horas canonicas. et si semel cuius ecclesie consuetudinem obseruare debet.

Decimo quod pena horas non dicenti in foro penitentie vel contentioso sit imponenda.

Undecimo an sufficiat dicere horas canonicas in mente sine verbali expressione.

Duodecimo an ad horas canonicas obligatus est ad horas beate virginis marie vel vigiliis mortuorum sit asstrictus.

Quero igitur primo quid sint hore canonice: et vnde dicatur: dico secundum zenze. s. c. j. q. hore canonice sunt certa pensio diuino cultui ab his qui in sortem domini sunt deputati pro qua sustentationem recipiunt de patrimonio ihesu christi de preben. cum secundum apostolum. xxj. di. clericos. Sed diffinitio hec non videtur sufficiens: quia solum videtur beneficiatos comprehendere. et idem Guil. diffinit aliter: et dicit quod hore canonice sunt sacrificium seu hostie laudis quas quis deo ob fructu laborum suorum offert pure et deuote: et per hoc videtur quod non sufficit eas in mente dicere sine verbali expressione de qua in questione. xj. Item dicit suorum ex quo patet quod non possunt dici per alium substitutum prout De. et Ab. dicebant. Item dicitur pure quia ibi non debet esse fabulationes: et illicita colloquia corrumpunt mores bonos: et maledictus homo qui facit opus dei desidiose: iuxta illud. Qui canonem relecat et verba dauitica curset: Nil magis ide feret quam sua lingua taceret. de re. iur. qui ex timore. naz qui preceptum aliter facit quam debet iam

non facit. Et dicitur hore ab hore horas horat secundum Guil. et zen. q. horado et contentplado debent dici. Et dicuntur canonice quia a canone sunt iducte vt. s. e. c. j. et c. dolentes. Et dicitur vigilie quia cum summa vigilia et intentione et vigilando debent dici. xxi. di. c. j. et ij. q. tempore orationis toto corde vigilare debemus et deo pectus pandere de conse. di. j. c. iij. Jo. de lignano.

Secundo quero quomodo et qualiter sunt hore canonice inuente: dico quod quilibet septem horarum multas habet rationes et priuilegia multorum insignium factorum quibus est insignita que late prosequitur Archi. de qualibus istarum. xxi. di. i. palea pater. et continentur in his versibus subsequenibus.

In matutino danatur tempore christus.  
Quando surrexit prima canit ordo fidelis.  
Tertia cum canit tunc est cruci anima passus.  
Sexta sunt tenebre pro mundi climata scilicet.  
Emissus nona diuinus spiritus hora.  
Vespe claudunt christi sacra membra sepulcro  
Christo bissema custodia ponitur hora.  
Et hos versus ponit Jo. an. s. e. c. j. in nouella. Jo. de lignano.

Tertio quero qui tenentur dicere horas canonicas: et dico quod quilibet in sacris ordinibus constitutus ut. s. eo. c. j. ubi exponit presbyter id est diaconus subdiaconus et sacerdos. Secundo clericus in minoribus et beneficiatus quam tunc quilibet simplex beneficiatus habet tenetur ad eas duplici ratione. Primo ratione precepti. s. c. dolentes de cle. xii. c. iij. Secundo ratione iusticie tenetur quia iecurco a laicis dati sunt redditus clericis vt ipsi in officio earum vices suppleant: vt dicit Dau. s. c. proxi. alias faceret pro primo iniuriam cui pro temporalibus non re funderet spiritualia cum de beneficiis propter officium de Rptis. q. pro ambitio sam. li. vj. Et hijs ergo rationibus tenetur et si non sufficienter sustentationem habeat a beneficio. Ratio est secundum hostie. quia sicut vir tenetur administrare necessaria vxori et si vxor reddere debitum non possit. xxij. q. vij. q. proposuisti. sic et talis clericus licet a sponsa sua speciale debitum sustentationis non recipiat tenetur eas offerre officiare et dicat cum apostolo ad philippen. iij. Scio saturare et esurio abundare et penuriam pati etc. Et dico licet sit etiam in mortali peccato constitutus excommunicatus suspensus interdicitus: vel depositus eas legere debet quia

*Donec officio p qd. m. p. b. s. choro. m. j. se ibi notat.*

*caus*

qz delinques non melioris conditionis  
 qua alij. ar. de preben. quavis. Nec dz  
 quis de malicia pmodu reportare. xvj.  
 q. j. legi d R p. sedes. qz nemo de improbi  
 tate sua dz vtilitate pseq. ff. d furt. utiqz  
 s. si nemo. Itēz qz ad hoc tenent tales  
 ex debito p excomunicacionez 7 alias  
 penas nō liberat de iudi. intelleximus  
 de sen. excō. Dicēt aut eas priuatim 7  
 secrete ad instar laici extra ecclesiā non  
 officiādo ecclesiā vel cātando ita vt a  
 nemine audiant secūdu Hosti. 7 Sof.  
 in sūmis suis ad hoc tenet glo. s. cle. j.

Quarto quero quid 7 quantum pro  
 horis canonicis sit dicēdu: dic vt. s. di  
 xi: qz quilibet secularis tantuz tenet p  
 horis suis dicere/quantum ecclesia sua  
 cathedralis instituit dicēdu. hoc tenet  
 glo. al' si quis aliter i contēptum faceret  
 tāqz transgressor cōstitutionis seu con  
 suetudinis eiusdē ecclesie iudicari po  
 terit 7 puniri 7 per psequēs vt trāsgres  
 so: legis. xj. di. in his. Si autem nō est  
 aliquis certus modus dicēdi ex cōsue  
 tudine in ecclesia cathedrali/ille erit as  
 sumendus ab ecclesia metropolitana: 7  
 sic itelligant iura de conse. di. ij. institu  
 tio. Sed si trāfferet regularis ad eccle  
 siam secularē tūc reget se non hz officiu  
 monachale sed seculare. h tenet Jo. an.  
 c. j. s. de vi. 7 ho. cle. super vltima glo.  
 vbi distinguit qz duo sunt in monacho/  
 substantialia 7 nō substantialia. Substā  
tialia sunt tria. s. obediētia/ a qua absol  
uitur promotus i epm 7 ad beneficiuz  
aliud abbati nō subiectū: castitas 7 ab  
dicatio proprietatis. ad hoc tenetur 7  
ea que acquirit ecclesie sue. Sed ad alia  
nō substantialia puta officiu nō tenetur  
obseruare vt ordo suus sed vt ecclesia  
ad quā promouet habitū monachalem  
ferēdo vt ibi. De esu autē carniuz sunt  
opinionez: 7 tenet Jo. an. in quinta gl.  
7 nihil approbat. vi. gl. 16. q. 1. r. 3.

Quinto quero an astrictus ad horas  
 canonicas meretur: 7 quid dico breuif  
 si fuerit in gratia meret augmētuz glo  
 rie 7 diminutionē pene sicut faciēs alia  
 bona opera d pe. di. iij. si quis aut. xxij.  
 q. ij. legatur. 7 oratio sic quilibet alius  
 actus virtutis habet effectus efficacā  
 merendi inquātum procedit ex radice  
 caritatis cuius propriū obiectū est bo  
 num eternum cuius fruitionē meretur:  
 imo plus dico qz ordinatus dicens ho  
 ras canonicas plus meret quam alius  
 eas dicens qui ad eas nō est obligatus.

*quod fustum  
 tralia. r. e*

*racqut*

*Ar. maxime  
 vocat. qm. tenet.  
 dicens a dno d  
 tenet. an ille qm. nō tenet.*

Primo propter votum in susceptione  
 ordinū sacrozū de horis dicendis p ipz  
 saltem tacite factum. Secūdo propter  
 bonū obediētie qz in horis dicendis  
 seruat. cū bonū obediētie sit magis me  
 ritorium quā aliquod bonū opus. xxxj.  
 di. si qui sunt. 7 obediētia melior est quā  
 victima. Jo. xxij. vbi dicit religio qdez  
 permutat si a meritoria obediētia sub  
 ditus subtrahatur. Magna quidē pau  
 pertas sed maior integritas: horuz aut  
 obediētia maxia si custodit illesa. Pri  
 ma nāqz rebus: secunda carni: tertia ve  
 ro menti donat et animo. Si autē non  
 est in gratia legens horas: tūc nō meret  
 augmentū glorie sed alia plura sic alia  
 bona opera que extra fiunt extra carita  
 tē faciēs. Primo valet sibi ad minus  
supliciu. Secūdo ad bonuz temporale.  
Tertio vt citi cor eius ad verā penitē  
tiam illustretur. 7 hoc nō. de pe. 7 re. qz  
quidem. Hostiensis addidit duo qz dia  
bolus nō habz in tali homine tantā po  
testatē quātā habebat si talia non fa  
ceret. de hoc Grego. ponit exemplum  
in dialogo de iudeo qui signauit se si  
gnaculo sacre crucis. Itē valet ad assue  
factionē bonozū 7 habitationem. 7 hoc  
verum de illis bonis operibus que sūt  
extra caritatē ad gloriam 7 honorē dei.  
Secus autē esset si propter gloriā hu  
manaz: vt si quis daret helemosinā pro  
pter vanam gloriā: tunc non mercedē  
sed penam meretur de hoc nō. de pe. di.  
ij. si quis. Jo.

Sexto quero. an astrictus ad horas  
 canonicas eas nō dicens peccet morta  
 liter: dico breuiter qz sic qz vtiqz ex su  
 pradictis hore sūt d precepto ecclesie.  
 sed nō faciēs secūdu preceptū eccle  
 sie peccat mortaliter. iij. di. deniqz. de  
 ma. 7 obe. c. ij. Item eas non dicens p  
 pter hoc debet excomunicari. s. c. pro  
 ximo. xj. di. clerics. vel suspēdi vt. s. c.  
 dolentes. S3 excomunicatio vel suspē  
 sio nō fertur nisi pro mortali. xj. q. iij. ne  
 mo. ergo sequitur qz mortaliter peccat  
 7 hoc quādo scienter omittit. Vbi enī  
 non ex industria sed obliuione omittit  
 vt in casibus quibus excusatur ab eis  
 dicēdis vt qz propter infirmitatez vel  
 defectum visus: vel paupertatem qz li  
 bro caret n peccat mortaliter. Si vero  
 obliuio causatur ex legitima occupatio  
 ne: dicūt quidam etiaz theologi nulluz  
 esse peccatuz. sed quādo reuocat ad me  
 moriā tenetur supplere qz omisit. Idē  
 dicendo: ita nō Archi. xxj. di. clericus:

Ex istis duabus questionibus sequitur talis conclusio: quod obligatur ad horas canonicas eas dicendo meretur et omittendo peccat mortaliter. Sed prima videtur quod legens ex precepto non meretur quod id quod precipitur necessario adimplet. sed ex eo quod quis necessario facit et iustus non meretur. xv. q. j. non est. Item quod non magis meretur quam voluntarie dicens probatur sic. nam talia sunt in nostris officiis gratiosa quae liceret non impedire ea tamen causa dilectionis impedimus. xviii. q. j. iam nunc. ideo videtur quod si magis meretur quam alius: Sed potest dari ut. s. i. primo principio. vel sic dico quod triplex est necessitas. Quaedam enim est necessitas coactionis: et ista praevia voluntati. s. spon. cum locum. et illa necessitas diminuit de laude actus virtuosus quod voluntarium militem diligit deus. xv. q. j. non est. et de ista necessitate loquitur contraria. Est et alia necessitas in iteriori inclinatione praecedens: ut est videre in habitu actus et actibus virtuosus qui quidem ex quadam inclinatione propter consuetudinem se necessitat bene agere. ut est videre maxime in beatis. s. et ista necessitas non minuit de laude actus virtuosus: sed magis auget. Est et alia necessitas ex fine ut si volo transire habeo necesse navem et ista non minuit de laude nec de merito actus virtuosus. Immo quanto nobilior est finis tanto nobilior est actus. vbi beatus Augustinus. Felix necessitas quae ad meliora compellit. et sic est in proposito: et ita notat Stephanus. i. predi. dec. si dominus. Jo. de lig.

Septimo quero an pro omissione cuiuslibet horae peccet specialiter: an pro omnibus simul tantum unum peccatum incurrat cum omnes horae sunt simul sub precepto eodem: cum totum unius diei officium sit unum totum integrum exclusis partibus. Ideo ex quo uno precepto precipitur transgressor: nam transgreditur si unum preceptum: et ideo tantum unum peccatum committit. sed tanto gravius peccat quanto plures eius partes omittit. Sed si pluribus diebus omittit plures peccat mortaliter. ita non. ipse Arc. xxi. di. c. j. et de isto an quis committit unum peccatum vel plura ex eodem delicto non. doc. i. c. j. de pe. Jo. de ligna.

Octavo quero an clericus in devote horas legens: vel aliquid ex eis omittens vel legendo eas non intelligens peccat mortaliter vel venialiter? Dico secundum Guillelmum. quod ex proposito voluntarie aut malitiose aut negligenter in devote horas dicit vel aliquid ex eis omittit vel ad hoc operam dat. Puta ponendo se inter fabulas

is mortaliter peccat secundum Iohannem et Guillelmum. s. c. pxi. et ad hoc facit regula qui ex timore. vbi patet quod qui preceptum aliter facit quam debet iam non facit. Si autem est negligentia levis vel leuissima quae non provenit ex proposito sed praeter voluntatem ad cogitandum de alijs rapit forte de preteritum vel nimio somno taliter peccat venialiter. xv. di. s. alia secundum Innocentium. hosti. et Jo. an. in. c. j. s. eo. ti. Et est ratio secundum eum cum cor hominis sit mobilius omni mobili non est adeo factus homo quod tales cogitationes posset evitare quod non requiritur secundum theologos quod attentus spiritus permaneat in oratione propter actus essentialium unde psal. xxij. Cor meum dereliquit me. satis est quod maneat pro virtute quod est quantum quis accedit ad legendum horas cum bona intentione et si in persecutio mens ad alia rapit spiritus tamen in prima intentione perdurare intelligit ar. s. de bap. maiores. s. item querit. et hoc est verum nisi esset tanta divulgatio quod ois attentus depererat et tunc habet locum quod dicit cyprianus in libro de oratione dominica. Quo postulas te audiri cum te ipsum non audias. et auctoritas h. Populus labijs meis orat cor autem. xv. mathe. xv. Si autem legentem horas canonicas necessitas vel evidens utilitas: quae dilatationem non capit cogat de alijs cogitare tunc non peccat si non intelligit dummodo cor suum ad eum habeat et ei psallat. Sed clerico aliquid omittente ex horis reputa psalmum vel huiusmodi vel incompas faciente. dico secundum Guillelmum. dicendum quod si talis carat in choro cum alijs: aut dicit horas solitarius. si cum alijs aliquid omittit isto casu non iterabit totus chorus propter illud obmissum pro scandalum. non enim tanta est ommissio unius psalmi quam quod sit propter scandalum. de rescrip. nihil. et ipse solus cum silentio ipsum dicat. debet tamen suam negligentiam confiteri tanquam de veniali non de mortali et ideo dicit Hosti. i. c. dolentes. s. e. quod bonum est. et utile clericis quod saltem cum generali professione quae quotidie fit in horis dicendis vel in missa exprimat peccatum omissionis. Si autem chorus totum psalmum omisisset putat Jo. an. quod dicendus esset nisi scandalum immineret. Si autem dicebat horas solus: tunc si facit ex negligentia levi s. q. s. tunc non tenet reiterare. Si autem ex affectata seu accurata tunc tenet reiterare et penitentiam pro omissione agere secundum Guillelmum. s. c. pxi. et dicit Innocentius. s. c. dolentes. quod si aliquis sine malicia non interfuit in principio. vel si nequeat interesse non debet quod a capite incipiat. Si autem magnam partem: ut nocturnum vel laudes omittit: bene facit si illud dicit s. Jo. an. et hoc est tutius secundum Jo. an. Vel dico quod dicere horas canonicas

nonicas h̄ ē sub p̄cepto. nō dīc̄ quare d̄z̄  
 i. d. c. dolētes. iquātū deus dederit q̄si  
 diceret durū eēt h̄ ponere sub breui p̄  
 cepto. reliquemus enīz gr̄e dei fm̄ Jo.  
 an. Et h̄ opinio fuit benigna placz̄ l̄do  
 sti. qz̄ n̄ d̄z̄ ēt alicui ponē laqueū. xxviiij.  
 q. j. de viduis. nec aliquib⁹ oneribus i  
 portabilib⁹ alligare q̄ ipa nolit portare  
 xxvij. q. vij. all. Jo. ⁊ Gui. De⁹ semp  
 pnus ē dare deuotionē ⁊ gr̄am si hō eā  
 recipere p̄atus ⁊ n̄ recusat. Opp. qd̄  
 idifferēter d̄z̄ dīcī deuote: ex p̄cepto. n.  
 deuote debēt dīcī ⁊ nō sincopate. s̄. e.  
 dolētes ⁊. s̄. c. pxi. S̄z̄ p̄ceptū faciēs  
 peccat mortaliter. xxiiij. q. j. q̄ p̄cipitur.  
 Itē ideuote legēs vel aliqd̄ omittens  
 p̄t p̄pter h̄ excōicari: s̄z̄ excōicatio nō  
 ifert nisi p̄ mortali. xj. q. iij. nemo. Itēz̄  
 d̄z̄ psal. xliij. Maledict⁹ homo qui fac̄  
 opus dñi desidiose. Item fm̄ Grego.  
 De⁹ illā orationē nō audit cui orās nō  
 attrēdit. vñ dīc̄ saluator. math. xv. Hic  
 pplius labijs me orat cor aut̄ ⁊c. g⁹ vide  
 tur qz̄ mortaliter peccat ideuote dīcēs.  
 So. ista oia loquūt̄ d̄ icurata ⁊ malicio  
 sa negligētia i deuotiōe. Jo. de ligna.

Nono q̄ro an habēs plura beneficia  
 tenet pluries dicere horas canonicas:  
 ⁊ si semel cuius ecclesie p̄suetudinē ob  
 seruare d̄z̄: ⁊ lz̄ multe rōnes possent ad  
 duci: qz̄ pluries teneat dicere cū genera  
 lis ⁊ vbiqz̄ tēta p̄suetudo ē i contrariū.  
 Ideo dico fm̄ Tho. i quibusdā q̄onib⁹  
 quodlibeti: qz̄ sufficit qz̄ eas semel de  
 uote dicat. ⁊ d̄z̄ dīcē officiū illius eccle  
 sie in qua habet maiorē gradū. puta si i  
 vna ē decanus i alia simplex canonicus  
 d̄z̄ dīcē officiū dignioris eccleie q̄z̄uis  
 forte i alia habeat p̄bēdā pinguiorē. qz̄  
 spiritualia sūt tēporalibus digniora de  
 transla. pla. inter. de ma. ⁊ obe. illud. Si  
 vero ambe ecclesie sint equalis dignita  
 tis p̄t sibi eligere quodcuqz̄ officium  
 voluerit: ⁊ h̄ si fuēt ab vtraqz̄ ecclā ab  
 sens. Ex h̄ ifero p̄clusionē quartā qz̄  
 sufficē obligatū ad horas canonicas eas  
 semel de die dicere lz̄ sit pluralis i bene  
 ficijs. Opp. p̄ hāc p̄clusionē. p̄mo sic  
 onus d̄z̄ corēspōdere emolumēto. xij.  
 q. ij. caritatē. ille igit̄ h̄ns emolumētuz̄  
 i duab⁹ ecclesijs d̄z̄ onus ferre vtrūqz̄  
 ⁊. s̄. vtriusqz̄ ecclesie officiū dicat de re.  
 iur. q̄ sēt̄ vbi d̄ h̄. li. vj. ⁊. ff. eo. ti. l. fm̄  
 nām. Itē cuilibz̄ ecclesie obligat̄: vbi  
 capit beneficiū d̄ p̄bē. significatū. s̄z̄ ob  
 ligationē d̄z̄ seq̄ solutio de solu. per to  
 tū. Itē dicit lex nō ē ferēdus q̄ lucrum  
 āplectit̄ on⁹ aut̄ subit̄ r̄cusat. ff. d̄ cadu.

rol. l. vna. s̄. p̄. ⁊ q̄ sūt socij p̄solationū  
 debēt eē socij passionum: ergo videt̄ si  
 accipit duplex lucrū debeat h̄z̄ duplex  
 onus. s̄. legēdo duplex officiū. Itē bene  
 ficiū dat̄ pp̄ officiū de rescrip. qz̄ p̄ ābi  
 ciosā. li. vj. s̄z̄ h̄z̄ iste duplex b̄n̄ficiū s̄. ⁊c.  
 vñ dicebat l̄dug. de facto victore. Ac  
 cipe beneficiū redde fūiciū fuge sup̄plici  
 um. So. dico q̄libz̄ b̄n̄ficiat̄ rōe b̄n̄ficij  
 obligat̄ ad duo. p̄mo dico vt ei d̄bitas  
 p̄ beneficijs suis actōnes exsoluat. xvj.  
 q. j. reuertimini circa finē. s̄. horas cano  
 nicas legēdo. s̄z̄ n̄ refert quo ad deū. qd̄  
 psalmis vl̄ hymnis eū laudz̄ nisi ad h̄ qz̄  
 homo d̄z̄ seq̄ traditiones maiorū ⁊ qz̄  
 laudes dat̄ deo vt vnus hō sufficit qz̄  
 vnū officiū deuote dicat vt dixi. ⁊ h̄ p̄  
 se facere d̄z̄. Secūdo tenet eccleie d̄ qua  
 sup̄t̄ accipit vt debitū onus fm̄ statu  
 ta ⁊ p̄suetudinē ipsi⁹ de p̄bē. significatū  
 vtputa tot missas i septimana vel qd̄ si  
 mile. ⁊ tale d̄z̄ fuare fm̄ qz̄ statuit i eccle  
 sia p̄ se vel p̄ aliū. Et si h̄z̄ plura benefi  
 cia simplicia de p̄suetudine. de quo de  
 rescrip. gratia. li. vj. et. e. ti. cle. gr̄e. vbi  
 de h̄. tūc sic p̄t p̄suetudo ita disponere  
 vt habeat plura vt i dictis iuribus. sic  
 ēt p̄t disponere vt legat t̄m vnū offici  
 um ⁊ non plura. qz̄ sic p̄t disponere de  
 p̄cipali sic de accessorio fac̄ regula ac  
 cessorij. Si aut̄ h̄z̄ plura curata de dis  
 p̄satione pape tūc papa dispēsado sup̄  
 pluralitate beneficiorū cēset dispēsare  
 sup̄ pluralitate officiorū. ad h̄ fac̄ qz̄ nō.  
 gl. de p̄bē. n̄ p̄t. li. vj. sup̄ v̄bo retinere  
 qz̄ sicut dispēsado qz̄ p̄t plura retinere  
 cēset dispēsare qz̄ nō tenet i vtroqz̄ resi  
 dere s̄z̄ salti i vna t̄m. sic ēt v̄z̄ dispēsare  
 qz̄ nō tenet i vtroqz̄ vtriusqz̄ officiū di  
 cere s̄z̄ t̄m vnus. Jo. de lignano.

Decimo q̄ro q̄ pena horas n̄ dicētī  
 i foro penitētie vel cōtēcioso sit iponē  
 da? Dico fm̄ Tho. i quodlibeto suo d̄  
 omissione horarū canonicarū iponenda  
 ē pena arbitraria qz̄ penitētie sūt arbitra  
 rie. s̄. de pe. ⁊ re. deus qz̄. c. q̄sitū de pe.  
 di. j. mēsurā. ⁊ hoc approbat p̄suetudo:  
 Dico t̄m fm̄ Jm̄. ⁊ Guil. ⁊ Jo. an. s̄.  
 pxi. qz̄ satis cōueniēs ē qz̄ discret⁹ p̄fel  
 lo: iniungat eas penitētijs vt resumat  
 eas vt puniat i quo deliquit ⁊ h̄ si eas  
 ex p̄posito vel negligentia omisit. Si  
 aut̄ aliā iniūgit absolutus ē qz̄ peniten  
 tie sūt arbitrarie vt dixi. ⁊ h̄ verū si cō  
 mode resumēt p̄t. Si v̄o p̄mode resu  
 mere nō p̄t tūc cōfessor meli⁹ fac̄ qz̄ si  
 bi aliā penitētiā iniūgat: qz̄ dicat septē  
 psalmos vel psalteriū vnū fm̄ q̄litate

delicti q: alias ipsas horas diceret. Et melius ē dicerē septē psalmos penitētia les cū cordis puritate q̄z psalteriūz cū h̄rietate. vt ē tex. i. c. nō mediocriter de ple. di. v. Item si deberet oēs horas resumere sequeret absurditas q̄ t̄p̄e pascali dicēt offm̄ dñice passionis: v̄l ecō uerso q̄ eē nō dz fm̄ tho. *De sc̄da pte q̄ōnis que penitētia in foro p̄tentiōso sit iponenda. dico q̄ pp̄ hoc pōt suppē di vt. s. c. dolentes. et pōt excōicari. s. c. px. et beneficio. priuari. xci. di. clericus.* Et rō q: b̄nficiū dat pp̄ offm̄ et fac a cō trario de rescriptis. c. vlti. li. vj. q̄ ergo nō facit offm̄ nō dz habere beneficiūz facit de p̄bebē. cum fm̄. Et ex hoc v̄z q̄ iudex pōt successiue ad maiore p̄cederē ita q̄ p̄rio suspēdat. sc̄do excōicet et de m̄m b̄nficio puat vel als puniat d̄ hoc de offi. dele. c. ij. li. vj. vbi d̄ hoc et. s. de re. iur. i. penis et dicto. c. fi. *Ex istis pz̄clusio vna lz̄ om̄tentium horas cano nicas in foro p̄tentiōso sunt a iure diffini te t̄m̄ i foro p̄nie sunt arbitrarie lz̄ q̄ te neat eas resumere. q: q̄ tenet ad aliq̄d debitū iplēdū nō pōt liberari nisi illud debitū soluat de iur. iu. clericus. ergo q̄ tenet ad hoc d̄bitū. s. ad horas canoni cas. xlv. di. ois. v̄z q̄ nō pōt absolui nisi hoc debitū soluat. Itē dz q̄s puniri i quo deliquit de tēpo. or. l̄ras de trāsla. prela. quāto de. of. leg. cū oli. lz̄ hoc non fieret si omissa nō resumeret ergo v̄z q̄ dz eas resumere. Ad primū dico q̄ verum nisi superior qui pōt sibi hoc debi tū in alia p̄mutaret. q: opa pietatis. s. de voto et voti re demp. c. j. lxxx. di. pre sbyter de pe. di. j. medicina. q: tpe t̄ato p̄terito iā est ipotens illud soluere de bito tpe q: ergo hoc nō pōt facere iniū genda ē ei alia p̄nia. vel dico q̄ p̄ria que loq̄t i foro p̄nie sūt arbitrarie. Jo.*

Undecimo quero an sufficiat dicere horas canonicas in mente sine verbali expressione? Dico q̄ nō fm̄ tho. i. sc̄da sc̄de. q. lxxxij. L̄ois ōro que fit p̄ mini stros ecclie vt in p̄posito illa fit i p̄sona totius populi fidelis. Et iō dz q̄ talis ōro inotescat toti populo in quo offerit q̄ nō posset fieri nisi esset vocalis et iō fuit institutū q̄ m̄istri alta voce p̄nūciēt. lz̄ ōro q̄ singulariter offerit a singulari p̄sona siue p̄ se siue p̄ alio nō ē de necessi tate vocalis. ita et nō. glo. j. tit. ij. c. v. q̄ subdit post tho. q̄ vox adiungit et ora tionē singulari pp̄ tria. Primo ad exci tandū iteriore deuotōez qua mens orā tis eleuet in deū q: p̄ exteriora: siue vo

cū siue et alioz factorū mouet mens ho minis et lz̄ apprehēsiōne. v̄n̄ augustin⁹ dicit ad p̄ban. q̄ verbis et alijs signis ad agēdū sc̄m̄ d̄sideriū nos ipsos acri⁹ excitat nō in singulari ōrone t̄m̄ ē voci bus huiusmodi et signis vtendū quātū pficit ad excitādū iteri⁹ mētē. Si vero mens p̄ h̄ distrahatur vel qlitercūqz ipe diat ē a talib⁹ cessandū. q̄ p̄cipue p̄tigit i illis quozū mens sine huiusmōi signis ē sufficiēter ad deuotionē parata. psal mista dicebat. Tibi dixit cor meū ex q̄ fuit te facies mea. et de āna legit p̄mo regū. c. q̄ loq̄bat i corde suo. Sc̄do ad iūgit vocalis ōro q̄si ad redditiōne d̄biti. vt si hō deo fuiat fm̄ totū illud q̄ ex eo h̄z. i. n̄ solū i mētē lz̄ et corpoz q̄ p̄ci pue p̄uēt ōro q̄ ē satisfactoria. v̄n̄ osee vlti. Dñe aufer iniquitatē et accipe bonū et reddem⁹ vitulos labioz n̄roz. Tertio adiungit ex quadā reddū d̄tia: aie in cor pus et ex vehementi affectiōe. fm̄ illud psal. Letatus ē cor meū: et exaltauit lingua mea. Sz opp. q̄ nō debeāt eē vocales q: soli deo porrigunt nā de⁹ cordis lo cutiōne cognoscit ergo vox frustra ad iungitur facit. xxxviii. di. sedulo. So. nō p̄ferunt ad h̄ q̄ ignotū deo manifestet. sed ad hoc vt mens orātis vel alioz ex citei⁹ deū. Op. 2. ōro dz offerri deo i oibus lz̄ illud math. vj. Tu autē cū ora ueris itra cubiculum et clauso ostio ora p̄rem tuū i abscondito. lz̄ p̄ vocē ōro pu blicat ergo et. So. dico q̄ sicut crisosto mus dicit super math. eo. p̄posito dñs vetat i p̄uētū orare ut a p̄uentu videat: An̄ orās nihil nouū facē dz q̄ aspiciāt hōies v̄l clamādo vel pecc⁹ p̄cutiēdo vel man⁹ expādēdo. nec t̄m̄ vt dic̄ Aug. i libro d̄ fm̄one dñi. In mōre videri ab hominib⁹ nephas ē. lz̄ ideo h̄ age ne ab hōminibus videaris. Jo. de lignano.

Duodecimo et vltimo q̄ro an ad ho ras canonicas obligatus: etiam ad ho ras beate Marie virginis: vel vigiliās mortuozum sit astrictus? dico breuiter q̄ non. q̄ probatur per. c. j. et. xci. di. et alia iura supra inducta in quibus patet q̄ sole hore canonicę sūt sub p̄cepto et nihil aliud. Et ergo ex quo a iure ni hil aliud imponitur videntur illa suffi cere quo ad necessitatem. Et si aliqui volunt deo grates impēdere hoc nō de bet alijs nocere ar. v. q. ij. c. j. secundūz Guil. dico tamen q̄ licet quis non tenetur ad eas de iure scripto: pōt tamen ad eas teneri de consuetudine. Unde dicit Guil. q̄ si seruitores alicuius ecclie sic

sic cōmuniter consueuerunt eas dicere  
 pro horis et loco horarum tunc ad hoc  
 quilibet de ecclesia tenetur eas. ar. 8. d.  
 censi. ex parte. et ratio quod turpis est pars  
 que suo non congruit vniuerso: et qui se  
 non conformat iuribus aliorum talis  
 desidiosus et intemperatus est. lxx. di. c.  
 fi. et negligenter illud officium agens eque  
 punitur sicut omnino omittens. xcj. di.  
 c. clericus. dicit tamen *Suil.* hoc esse  
 verum in residentibus et officiantibus  
 ecclesiam secus autem in illis qui causa  
 studij vel alia causa rationabili habet ex  
 trauari. hoc tenet *Suil.* 8. c. prox. et  
 etiam *Mat h.* Sed circa illud vltimum  
 credo dicendum: aut enim hore beate  
 virginis vel suffragia defunctorum dis  
 cuntur ordinarie ad officium ecclesie p  
 tinentia ex cōsuetudine vel statuto. tunc  
 etiam absentes ad eas tenentur ex quo  
 secūdam ordinationem sue ecclesie vel  
 consuetudinē tenetur horas canonicas  
 dicere ut. 8. dixi circa secundā questio  
 nem. Si autem dicantur extraordinarie

in ecclesijs propter aliquam causā emer  
 gentem. puta ad petitionem alicuius p  
 sone que forte distributiones ad hō dā  
 re vult: vel alio modo: tunc clericus ab  
 sens causa studij vel alia rationabili cā  
 non tenetur ad ipsas cum non sint in ta  
 li casu de officio ecclesie. Item quod mi  
 nus recipit quam residens: cum tantū  
 pites recipiant quotidianas distribu  
 tiones de cle. nō resi. c. vno. li. vj. ergo  
 etiam minus tenetur. Hanc distinctio  
 nem ponit *Tho.* in suo quodlibeto de  
 suffragijs defunctorum. Ex quibus cō  
 cludo quod de iure cōmuni nec beneficia  
 tus nec in sacris cōstitutus ad aliquas  
 horas peculiare vel vigiliis mortuo  
 rum obligat. Et sic est finis laus et glo  
 ria per infinita secula seculorum amen.

Impressus Waple per Joāneantonium  
 de biretis et Franciscum ghyrardéguz.  
 MD. cccc. lxxxviii. die. xij. mēis februa  
 rij.

